

18  
REPETITIO DISCURSIVA

Cap. 1. x de juramento calumniae.

PARS POSTERIOR,

Continens disputationem,

Unà cum Parergis

Ad diem 7. Junii ab horâ 9. usque ad 11.

PRÆSIDE

PLURIMUM REVERENDO, PRÆNOBILI, CLARISSIMO,  
CONSULTISSIMOQUE VIRO, ac DOMINO,

D. GEORGIO CHRISTOPHORO  
NELLER,

J. U. D., & ad Doctoratum Ss. Theol. admissio, Eminentissimi  
Principis Electoris, & Archi-Episcopi Trevirensis Consiliario ecclesia-  
stico actuali, Vicariatûs, & Consistorii Episcopalis Wirceburgensis  
Assessore pariter actuali, Ss. Cæsarearum Majestatum per Imperium,  
& Ditiones Austriacas Comite Palatino, insignis Collegiatae Ec-  
clesiæ ad S. SIMEONEM Treviris Canonico Capitulari,  
Syndico, & Bibliothecario.


Ss. Canonum in almâ, & antiquissimâ Universitate Trevirensi  
Professore publico, ejusdemque, & inclytæ Facultatis  
Juridicæ Assessore,

*Defensa à Prænobili, Ornatissimo, ac Peverudito Domino,*

JOAN. NEPOMUC. HUGONE de TRARBACH,

Rastadiensi, AA. LL., & Phil. Baccalaureo, Juris  
utriusque, & S. R. I. publici, Auditore.

In Auditorio juridico majore vici Tetradiani  
Anno MDCCLXII.



Augustæ Trevirorum, apud J. C. ESCHERMANN.

REPERTORIUM DISCURSIVA  
PARIS POSTERIOR  
COURT DE JUSTICE  
1774

OPPUGNANTES.

*Reverendus, ac Doctissimus* D. JOANNES PICARD ex  
Villertortru, Sacerdos, ad SS. Theologiae Doctoratum  
admissus, SS. Canonum Emeritus, Pandectarum, &  
S. R. I. Juris publici, Auditor.

*Nobilis, ac Eruditus* D. JOANNES BAPTISTA SCHMITZ  
Gelbipolitanus, Juris utriusque, & S. R. I. publici,  
Auditor.

REV  
ILLUSTR  
D. JO  
DE  
ILLUSTRIS, A  
ad S. C  
CANO  
CH  
RED  
Pat  
lo

REVERENDISSIMO,  
ILLUSTRI, AMPLISSIMOQUE VIRO,

D. JOANNI HUGONI  
DE LETTIG,

ILLUSTRIS, AC LIBERÆ ECCLESIAE COLLEGIATÆ  
ad S. Gereonem Coloniae Agrippinae

CANONICO CAPITULARI,  
CHORI EPISCOPO,

AC

REDITUARIO DIGNISSIMO,

Patrono, ac Cognato meo  
longè observandissimo.

REVERENDISSIME,  
ILLUSTRIS, AMPLISSIME,  
DOMINE CHORI EPISCOPE,  
COGNATE, & PATRONE COLENDISSIME.



lericos non esse cogendos, ut jurent de calumnia, defensum eo: Clericum quaero, qui non sit tantum Patronus hujus veritatis, sed etiam exemplum irrogandae Clerico injuriae, si jurare compelleretur. Et TE, Reverendissime Domine, ex tot, tantisque Viris praclarissimis, in nullius calumniae suspicionem trabendis, selectum, publice produco; quis enim à Tuâ bonâ fide calumniae juramentum exigeret, aliūve sermonem, quàm Tibi familiarem: est, est, non, non? Novit sancta Colonia, novit circumjacens regio, quàm tener sis conscientia, quàm religione plenus, quàm rectus justitia, neminem calvente, quàm veracitate, nullum fallente, quàm modestia, lites horrente, lædi, quàm lædere, malente; quid honorificum magis, quàm credi

ME,  
E,  
SCOPE,  
MISSIME.

*simplici verbo tuo? Quid gloriosius, quam haberi ab omnibus  
Virum bonum, fraudis expertem, veritatis planæ amantem,  
restrictionum osorem, nullius proinde juramenti spirituali qua-  
estione egentem? Innumeræ quasi leges in Corpore juris nostri om-  
ne videntur sibi dicere, cum virum bonum dicunt: hæc duo ver-  
ba satis sunt legibus, satis animo nobiliter cogitanti, dum modò  
hoc ei encomium non sola, quæ sæpè fallit, existimatio exterior tri-  
buat, verùm & conscientia attestetur. Silens itaque cætera, quæ vox  
Cleri, populique Agrippinensis univoca palàm loquitur amplius,  
quàm malis; Viro bono, Israëlita vero, Canonico irreprehensibili,  
Redituario fideli, Præfato, nunquam ad juramenti à malo neces-  
sitate admittendo, in argumentum singularis meæ devotionis  
has paginas submissè dedico. Accepta eas illâ benignitate, ac bene-  
volentia, quâ semper Trarbachianos, sanguine TIBI junctos pro-  
pinquo, amplexus es; cùmque mortalitas omnes abstulerit, præ-  
ter duos, quorum alter, regularem amplexus vitam, me solum scæ-*

*culi fluctibus reliquit, protectoribus indigentem, in Reverendissimæ, & illustris Dignitatis Tuæ sinum, velut portum, me ausim conjicere, ut defunctos Trarbachios omnes, quos olim amavit, velut in uno seminis emortui grano superstites, complectatur, qui corde amante, atque diligente plurimum, dierum feliciū miriades, humanitūs possibiles, apprecans, meque continuandis favoribus enixè commendans, profundā reverentiā, vivam, moriārque*

**Reverendissimæ, Illustris, Amplissimæque Dignitatis Tuæ**

**Servus, & Cognatus hummus  
J.N.H. DE TRARBACH.**



Pop  
pr  
cu  
op  
ye  
examine rigoroso  
tam illarum obje  
pando; illas pri

*Disputatur*

i. Doctor. A  
bo nunc, an



I. N. J. C.



*Proposui in almo hoc Auditorio ad diem 30. Aug. 1758. pro methodo novâ, eâque facili, repetendi capitula, discursum critico-theticum in cap. 1. x. de juram. cal., appromittens tunc quoque partem polemicam, sive objectionum in formâ scholasticâ resolutionem, sicut in examine rigoroso moris est apud nos: hâc fide nunc me libero. Sunt autem illarum objectionum, aliæ præter punctum capituli, aliæ verò de puncto; illas primùm, dein posteriores, movebo.*

§. I.

*Disputatur extra punctum capituli de potestate Imperatoris legislativâ in hâc materiâ.*

*1. Doctor. Ars nostra juris disputando, ut ceteræ, perficitur: tentabo nunc, an firmiter possideas tua principia, antehâc theticè expli-*

A

m, in Reverendi  
ut portum, me  
nes, quos olim am  
ffites, complectatur  
dierum felicium  
e continuandis ser  
a, civam, morâque  
que Dignitatis Tra

& Cognatus  
H. DE TRAIK.

cata. *Oppono igitur 1. præliminariter, & præter punctum nostri capituli sic. Honorius Papa hanc suam decretali recognovit D. Marciano Imper. potestatem legislativam quoad Clericos; atqui hoc est contra can. 1. dist. 96., & cap. 10. de const.; si enim laicus, quantumvis religiosus, id est, benè erga Sacra, & Sacerdotes affectus, aliquid auctoritative disponat in rebus ecclesiasticis, istud eo ipso non tenet: unde potius oblivione, quam memoriâ, digna fuerat Marciani constitutio. Candidatus. Distinguo majorem: Papa recognovit Imperatori potestatem legislativam quoad Clericos, id est, exercitiam circa Clericos, tanquam materiam legis C. exercitiam in Clericos, tanquam subjectum legis N. Imperator tulit hanc legem (nempe l. 25. §. 1. C. de Episc. & Cler.) non Clericis, ne audeant jurare, sed sæcularibus judicibus, ne Clericos, lite pulsatos, compellerent, ad præstandam sub juramento cautionem; in quo secutus est sacros canones.*

2. *D. Contra est: in Clericos, tanquam subjectum legis, recognovit Honorius Marciano potestatem legislativam: quod probat: ait ipse Honorius: legibus comperimus esse cautum, ut nullus Clericus jurare præsumat: hoc certè est legibus prohibere Clericis juramenta. Ergo Clerici erant, non tantum objectum, sed etiam subjectum, legum prohibentium. Confirmatur ex ulterioribus verbis hujus textus: Illud constitutionis edictum, ubi Clerici jurare prohibentur: item: & divi Marci constitutionem ita interpretari debere decernimus, ut ad omnium Ecclesiarum Clericos generaliter pertinere judicetur: ergo voluit Honorius Imperiali constitutioni subesse omnes Clericos. C. Explico tò comperimus, id est, relatam nobis est, hoc esse legibus cautum C. reipsa legibus cautum fuit N. nam l. 25. §. 1. C. De Episcop. non dicit Clericis: nullus vestrum jurare præsumat, sed solum Præfecto prætorio: cautioni Clericorum nullum insertum sit juramentum; quoniam Ecclesiasticis regulis, & Canone suo Clerici jurare prohibentur: non fecit ergo Marcianus in hoc legem Clericis, sed factam à Patribus supposuit, eandemque à judicibus sæcularibus in reverentiâ haberi voluit. Ad confirmationem*

respondeo, hæc  
dispositio, quæ  
peritorum, volent  
tendens esse ad j  
laici. Ad postre  
tamen Papa agnos  
jurare; sed tantum  
tam cautionem.

3. D. Contra  
lege Marciani ca  
recognovit, scripto  
tione subeat juram  
tum: ergo & prin  
tu comperimus: &  
vid. Discurs. et  
Sæc. Maximini,  
natio, quia ibide  
pessis omnibus,

4. D. Contra e  
er: sicut enim in  
cautionem suam,  
nem insertum eri  
ni juramentum:  
C. In priore le  
referri possit a  
tione juramentu  
cum absque eo  
quidem præste  
rixit liberiora  
terante Marcia  
vero utilem; c



respondeo, hæc verba contineri *in parte narrativa capituli, non in dispositiva*, quæ modò incipit à verbis: *ejus itaque, & sunt verba Legisperitorum*, volentium, clericos sub pœnâ rejiciendæ actionis compellendos esse ad juramentum calumniæ præstandum, sicut compelluntur laici. Ad postremum passum dico, hæc esse verba Honorii, quin tamen Papa agnoscat, per constitutionem Marciani *Clericos* prohiberi jurare; sed tantùm *seculares judices*, ne ab ullo Clerico exigant juratam cautionem.

3. D. *Contra est* 2. Ità recognovit in parte narrativa Honorius, lege *Marciani* cautum esse, ut nullus Clericus jurare præsumat, sicut recognovit, scriptum esse in lege *Justiniani*, ut omnes principales personæ subeant juramentum calumniæ; atqui *secundum* recognovit ut verum: ergò & *primum*. C. ant. N. nam *quoad primum* dixit: *cautum esse comperimus*: & *quoad secundum* dixit: *alibi verò reperitur scriptum*. Vid. *Discurs. thet. num. 30*. Et licet invenerim in aliquo codice MSto Sancti Maximini, qui est sine glossis, *reperimus*, lapsum tamen calami censeo, quia ibidem duo alii codices MSti, cum nostris *tribus*, & impressis omnibus, legunt: *comperimus*.

4. D. *Contra est* 3. Marcianus reverà cavit lege, ne Clericus juraret: sicut enim in l. cit. jubens ait: *Clericus lite pulsatus det executori cautionem suam*; ità quoque cum authoritate ordinavit: *cui nullum tamen insertum erit jusjurandum*, vetans, ne Clericus suæ cautioni inferat juramentum: ergò legibus cautum est, ne Clericus jurare præsumat. C. In priore lex loquitur *personaliter*, in posteriore *impersonaliter*, ut referri possit *ad executores*, ne *compellat* clericum inferere suæ cautioni juramentum: Clericis enim hoc prohibere supervacaneum fuisset, cum absque eo per sacros Canones jam esset prohibitum, & ne laicus quidem præstet cautionem juratoriam, nisi coactus. Deinde *Honorius* vixit liberiora immunitatis clericalis tempora, quàm quæ fuerant *imperante Marciano*: unde non recognovit legem illam, nisi *quoad passum Clero utilem*; cætera, suo ævo *antiquata*, reliquit.

5. D. *Oppono 2.* Decisionem *Henrici II.* Imperatoris planè non debuisset corroborare *Honorius*: *Probo*: Imperatoris, jus in sacra, & sacerdotes absolutè affectantis, decisiones in controversiis quoad Clericos motis non debet corroborare Papa; ne videatur hoc illi recognoscere. Sed *Henricus II.* absolutè affectavit *jus in sacra, & sacerdotes*: ergò: *minorem probo*: nam ille *Henricus* tres Papas deposuit, & quatuor constituit, libertate electionis canonicæ sublatâ: vid. *Hahn in Henrico III.* §. 10. & *Struv. in eodem* §. 4. & 5., ubi copiosa testimonia: idem *Henricus* proposuit *edictum omni imperio suo*, ut nullus gradus clericorum, vel ministerium ecclesiasticum pretio aliquo conquiretur; ac, si quis dare, aut accipere præsumeret, omni honore destitutus, anathemate multaretur. *Glaber Rodulphus lib. 5. cap. 5.* C. Equidem ad hoc ex præparato respondere non possum; ex his tamen, quæ citati Protestantes historici proposuerunt, testimoniis, videre est, quòd *Henricus* in dispositione Paparum, & edicto *contra Simoniacos* processerit *synodaliter*, ità, ut contra tales *canonica, & imperialis censura*, sicut loquitur *Sigebertus* ad an. 1046., se armaverit, gladiûsque gladium adjuverit. Designationes Paparum fecit *de consensu Romanæ Ecclesiæ*, sicut habet *Otto Frisingensis lib. 6. cap. 32.* de *Clemente II. Leo IX.*, antea Episcopus Tullensis, noluit esse Papa, nisi *de communi consensu* totius Cleri, & populi Romani, *Wibertus* in ejus vitâ lib. 2. cap. 2. ad an. 1049. *Leo Ostiensis lib. 2. cap. 81.* Dederunt autem *Henrico* propter miserrima illa tempora Romani cum Patriatu *principatum* in electione Pontificis, jurantes, sine ejus consensu nunquam se Papam electuros. *Advocatus regius apud Petr. Damiani in disceptat. synod.* *ALBERIC.* ad an. 1046. Talia non important affectatum jus in sacra, & sacerdotes, sed *defensionem Ecclesiæ Romanæ* contra invasores ad desiderium Cleri, & populi, nec non executionem SS. Canonum in Simoniacos. In constitutione hâc novâ *Henrici* autem similiter nihil apparet, quàm *custodia, & executio SS. Canonum*, volentium, ne Clerici compellantur jurare coram laico.

6. D. *Contra* tatis legislativæ in novâ constituta secularia contra *Autb.* Statuimus *Quoniam legibus* affectavit, tanquam omni legenti, haec potuit *Henricus* tui nomine plurimum. Arg. v. *humana intentione* *lex divina, directe* *Marciani*, in consensu *scriptum* esset *juramentum* *Ecclesiasticarum* *lib.* & propter hanc legem civilem, suam quam propriam tam esset. D. C.

7. *Contra* est 2. *probo*: graviores vi Imperator 77. quod erat summi semper private cumulative. C. *tionis*: *Legistæ* *decisione*, si d. *calumniæ*, & *aliquid extra suum* *no* Imperatore *na* de Clericis,

6. D. *Contra est* 1. In hâc ipsâ constitutione est affectatio potestatis legislativæ in Clerum. C. Nego, & dico, tam parùm esse, quàm in novâ constitutione *Friderici*, quâ vetuit clericos trahi ad judicia secularia contra constitutiones imperiales, & canonicas sanctiones. *Auth.* Statuimus C. de *Episc.* D. *probo* autem : *Henricus* dixit absolutè : *Quoniam legibus cautum est, ut nullus Clericus jurare præsumat* : ergò affectavit, tanquam hoc possit legibus caveri. C. cum sit evidens omni legenti, hæc verba in nullâ lege civili dispositivè contineri, non potuit *Henricus* sensisse, quod vult objectio : dico itaque, *Henricum* uti nomine plurali *legum*, ut innuat *utramque legem, divinam, & humanam*. Arg. verborum aliorum infra : *utriusque legis, divinæ, & humanæ intentione servatâ*. Sacri Canones autem præcæserunt, ut *lex divina*, directè hoc prohibendo Clericis, secuta est *lex humana* *Marciani*, in conformitatem canonum nolendo, *ut cautioni Clericorum insertum esset juramentum* ; & quia in hac lege fiebat expressa mentio *Ecclesiasticarum Regularum, & Canonis beatissimorum Episcoporum*, idè, & propter hoc, quòd *Canonis memoria* conservata fuerit per legem civilem, suo modo dicere potuit *Henricus* : *legibus cautum est* ; quanquam propriè loquendo *sola lege divinâ*, id est, *ecclesiasticâ*, cautum esset. D. Omnibus, & subtilibus modis te vis extricare ; sed

7. *Contra est* 2. Affectavit *Henricus*, quod est *summi Pontificis*, quod *probo* : *graviores questiones* terminare est *summi Pontificis*. Sed terminavit *Imperator* 77. annis ante *summum Pontificem* : Ergò affectavit, quoderat *summi Pontificis*. C. distinguo majorem : est *summi Pontificis*, semper *privativè*, ut alius *supremus Princeps* excludatur N. aliquando *cumulativè*. C. Hæc quæstio erat aliquo modo *mixti fori, & interpretationis* : *Legistæ* enim poterant recurrere ad *Imperatorem* pro habendâ *decisione*, si à *Clerico actore* in *judiciis civilibus* peteretur *juramentum calumniæ, & Episcopi ad Papam*. Et sic neutra potestas affectavit aliquid *extra suam sphaeram* ; Imò ipsi quoque *Legistæ* poterant, præterito *Imperatore*, imme diatè adire *Dominum Papam* ; quoniam agebatur de *Clericis, & custodiâ SS. Canonum*. Contra hoc ultimum.

8. D. *Est* 3. Agebatur de interpretatione l. 2. C. b. t., quam condidit Imperator: Ergò Legistæ debuerunt pro ejus interpretatione adire Imperatorem: *Siquid enim in legibus imperialibus latum fortassis obscurius fuerit, oportet id ab Imperatoriâ interpretatione patefieri.* l. 9. C. de LL.; nam, si *leges condere* soli Imperatori concessum est, & *leges interpretari* solo dignum imperio esse oportet l. fin. C. eod.: ergò non potuit, præterito Imperatore, adiri Papa. C. *Dist. Ant.* Agebatur de interpretatione legis imperialis quoad *solam materiam, & objectum legis* N. magis quoad *subjectum legis*, an scilicet sub eâ comprehenderentur etiam Clerici actores? C. hoc autem casu, cùm in periculo esset tam *Clericorum immunitas*, quàm *SS. Canonum sanctio*, adiri potuit immediate Dominus Papa; quia *Canones custodire, & immunitatem Cleri vindicare*, ad nullam magis sedem pertinet, quàm ad primam, *can. 1. xxv. q. 1.* & tendit ad reatum Papæ, si paternarum regulæ sanctionum, ipso consentiente, vel negligente, violentur. *Can. 2. xxv. q. 2.*

9. D. *Contra* eo ipso est 4.) ut redeamus ad priorem instantiam: agebatur *de subjugando Clero* in servitutem legis 2. C. b. t., atqui hujus causæ decisio non pertinuit ad Imperatorem. *Arg. can. 3. 5. 6. dist. 10.* Ergò verum manet, quod dixi, *Henricum affectasse*, quod ad se non pertinebat. C. *dist. min.*: non pertinuit ad Imperatorem, ut decideret *affirmativè*, clerum fore subjugandum C. ut decideret *negativè*, non esse subjugandum. N. Potuit *Henricus* condere legem, sicut in aliâ quæstione *Marcianus* condidit, *clericos non debere jurare de calumniâ*: ergò etiam potuit *decidere*, quòd lex 2. C. b. t. non capiat Clerum. Quemadmodum verò non potuit *condere* legem, ut Clerici jurarent de calumniâ; ita neque *in partem affirmantem* suâ decisione inclinare.

10. D. *Contra est* 5. & *infero*: Ergò *Henricus tantùm in negativam partem* potuit hanc quæstionem decidere! C. *Concedo*. D. Ergò eo ipso non erat adeundus pro decisione: *negabis*; sed *probo*: ideò non potuit *affirmativè* decidere; quia ipse non erat Potestas Clero superior: atqui eo ipso, quòd non erat Potestas Clero superior, non erat adeun-

dis in quæstione  
adeundus ab his  
aliis, qui tenebant  
Clero Prælati, sur  
tationem faceret  
Clericos ad jurand

11. D. *Contra*  
ille Legislat  
Clero: sed Impera  
sim Clero: Ergò  
nisset persuadere  
periculum propter  
de consilio Henrici  
brum: procul enim  
mor decideret co  
miteretur cum D  
Clerum Imperator  
in hac aditione sub  
tum essent fortia, t

12. D. *Contra*  
Ergò solutio non  
Honorio per duos  
si tunc demùm ac  
nullus Episcopus  
Prælato suo, ju  
Clericis nimirum  
delegare: ex eo  
infertur, non  
quod noluit in  
illicitè restringi  
scilicet, ac passim

dus in quæstione tangente Clerum : Ergò. *C. Dist. min.* : Non erat  
 adeundus ab his, qui prætendebant *affirmativam* decisionem C. ab  
 aliis, qui tenebant *negativam* N. Videntur autem Episcopi, & alii de  
 Clero Prælati, supplicasse Imperatori, ut pro immunitate Cleri consti-  
 tutionem faceret, quâ prohiberentur *seculares judices* compellere  
 Clericos ad jurandum de calumniâ, & impetrâsse sibi *favorabilem*.

11. D. *Contra est*, & *insto* 6. Non debuit adiri à *tenentibus nega-*  
*tivam* ille Legislator, cui causæ decisionem submittere erat *periculosum*  
 Clero: sed Imperatori hujus causæ decisionem submittere erat periculo-  
 sum Clero: Ergò. *min. prob.*; quoniam *pars affirmativam urgens* po-  
 tuisset persuadere Henrico, ut decideret *contra Clerum*. C. Non erat  
 periculum *propter auctoritatem Episcoporum*, qui erant in comitatu, &  
 de consilio Henrici, atque de suo ordine habebant apud ipsum *Cancel-*  
*larium*: procul enim dubio isti Ecclesiastici viri providebant, ne Impe-  
 rator decideret contra Canones, lege suffultos, atque hoc modo com-  
 mitteretur cum Domino Papâ in conflictum, &, si decidisset *contra*  
*Clerum* Imperator, nihil egisset; si *pro Clero*, utile fuerat: idcirco nihil  
 in hâc additione suberat periculi; præsertim, cum fundamenta negantium  
 tam essent fortia, ut in contradictorio non potuerint non pervincere.

12. D. *Contra est* 7. Henrici decisio fuit *periculosa sacris canonibus*:  
 Ergò solutio non tenet. *Probo A.* Henrici decisio fuit *moderanda* ab  
 Honorio per *duas clausulas*: 1.) ut delegarent Clerici officium juran-  
 di *tunc demùm* advocatis; *si Ecclesiis suis expedire noverint*. 2.) Ut  
 nullus Episcopus, *inconsulto summo Pontifice*, nullus Clericus *inconsulto*  
*Prelato suo*, juraret: & hoc propterea, quia, *Henricus* videbatur  
 Clericis nimium reliquisse arbitrium, *an vellent per se jurare, an alios*  
*delegare*: ex eo enim, quod dixit: *non compellatur, sed liceat delegare*,  
 infertur, *non teneri eum delegare, sed posse personaliter jurare*, id  
 quod noluit indifferens fore Honorius, proindéque moderatus est,  
 sollicitè restringendo Clericorum arbitrium, ne contra sacros Canones  
 facile, ac passim jurarent ipsi, maximè *coram judice laico*: igitur, cum

has moderatiōnes restrictivas omiserit Henricus, periculosa fuit ejus decisio sacris canonibus, utpote qui frequentatis Clericorum juramentis vulnerari potuissent valdè. C. Henricus nihil habebat decidendum, nisi *quæstionem juris*, nempè, quòd judices sæculares non deberent *cogere* Clericos ad jurandum; *quæstionem moris*, & disciplinæ Clericalis autem reliquit *in terminis juris Canonici*, & *provisioni papali*, si quâ porrò opus esset: ex eo tamen motivo decidit, non cogendos fore Clericos, *quòd in nonnullis Patrum Canonibus reperiatur, ut Clerici omninò jurare non audeant*: quare non sequitur: *noluit compelli*: ergò *dedit eis libertatem jurandi*; nam contraria fuit illatio Henrici hæc, in-  
 verso modo: *non habent libertatem jurandi*: ergò *non debent compelli*: hos Canones ergò cùm scirent Clerici, malè conclusissent, ut tuum argumentum supra: & sic decisio Henrici non erat periculosa sacris Canonibus.

13. *Contra est 8.* Hic agebatur de interpretandâ *lege Dei*; an, & qualiter nempè discipuli Christi *jurare possent*, aut *quando deberent*; sed hæc interpretatio conveniebat *soli Christi Vicario*, neutiquam *Imperatori*; hic enim non est *supra legem Dei*, sed *subtus*. Can. 1. dist. 10. Nec est ille, quem Deus consuli voluit in dubio suæ legis. *Cap. 13. Qui filii.* Ergò Henricus affectavit aliquid, ad se non pertinens. *Confirmatur*: vel enim *Imperator seorsim*, ac *sine papali decisione*, potuit huic quæstioni *completam*, atque *plenariam* diffinitionem reddere, vel non potuit? Non dices, potuisse; ergò nihil *divisim* decidere debuerat, sed vel *conjunctim* cum Papâ, interprete unico divinæ legis, vel causam ad eum *simpliciter* pro decisione promovendo. C. Ad hæc omnia breviter dico, quòd Henricus in hâc materiâ, *in quantum illa genus moris concernebat*, neque dederit, neque dare potuerit decisionem *finale*m, ac *plenariam* regulam, *quando*, & *qualiter Clerici possent jurare*; propter quod ejus decisione imperfectæ, utpote quæ in *sola compulsione prohibitione* quievit, Honorius pleniore determinatione subvenit.

14. D. Contra est demùm 9. Henricus affectavit aliquid ordinare de *ipsis judiciis ecclesiasticis*: ait enim: in causâ quâcunque, sive *criminali*, sive *civili*: profectò Clerici non agunt *criminales* causas coram iudicibus *secularibus*, sed coram *ecclesiasticis*: ergò determinavit Imperator, quòd *judices ecclesiastici* non præsumerent exigere juramentum à Clericis. Sed hoc erat abusivum: ergò. C. Responderi potest 1.) Sæculo XI. omnimodum *fori clericalis* privilegium nondum fuisse in claris terminis, & observantiâ, donec tandem Clerus à *Fridericò II.* Imp. obtinuerit plenissimum exemptionis jus in Auth. *Statuimus C.* de Episcop. Nam antea sub *Marciano* poterat laicus actor convenire Clericum, præteritâ Episcopali audientiâ, coram Præfecto prætorio l. 25. *princ. C. eod.*; sub *Justiniano* crimen Clerici *ecclesiasticum*, e. g. Simonia, examinabatur coram Episcopo, *civile* autem, e. g. homicidium, præside *civili*, id est, sæculari *judice*: Auth. *Clericus. C. eod.* sicut hodiernum practicatur in Gallia: itaque ex prædictis verbis *Henrici* non sequitur, quòd aliquid *pro judiciis ecclesiasticis* ordinaverit; quia Clerici in criminali causâ eo tempore adhuc sæpè trahebantur ad iudices sæculares, cui malo finem fecit *Fridericus II.*, ut dixi. R. 2.) Poterant tunc, possunt etiam nunc, Clerici laicos aliquando accusare *criminaliter* coram iudicibus sæcularibus, ut puta his in casibus, ubi non incurrerent *irregularitatem*, etiamsi *vindicta publica*, e. g. multa fiscalis, confiscatio bonorum, re-vel degradatio ab honoribus, infamia, reclusio in domum disciplinarem, expositio ad nummellas, relegatio, damnatio ad opus publicum, vel triremes, carcer, fustigatio, accusatis adveniret, dùmne perveniatur ad *mortem naturalem*, vel *membri mutilationem*. R. 3.) In hâc constitutione includuntur quicunque Monachi, sive religiosi, etiamsi non sint Clerici: e. g. Milites olim *Templarii*, hodie S. Joannis *Melitenses*, & *Hospitalarii* de inlyto ordine teutonico; quin & *mulieres religiose*: iste personæ non habent curare, si interveniant accusando, testificando, iudicando, in causâ sanguinis.

15. D. *Instauro*: Henricus ordinavit pro casibus, ubi *civiliter*, vel

*criminaliter* convenirentur Clerici *ut rei*: ergò non ubi convenirent *ut Actores*. Antecedens sic *probo*: ordinavit pro casibus, ubi Clerici habeant *defensores*; sed tantùm *rei* propriè dicuntur habere *defensores*: ergò. C. Hoc solvo ex novâ constitutione, in quâ Henricus utitur verbo: *Advocatis*, quos tam actor, quàm reus, habet. Unde *glossa* hîc ad verbum: *defensoribus* intelligit *synlicos, actores, & procuratores*, licet diversa sint nomina.

16. D. *Oppono* 3. Honorius hîc recessit à favore, Clericis per leges quæsito: ergò hâc suâ decretali malè consuluit Clero. *Antecedens probo*. Marcianus noluit unquam Clericos jurare, Honorius aliquando, videlicet, *si eis, consulto Prælato suo, ita videbitur*: ergò. C. dist. ant. Nunquam voluit *volentes* Clericos jurare. C. *volentes ex causâ, à Superiore approbatâ* N. Debuit Honorius aliquando cum hâc cautelâ permittere juramentum Clericis; quia non est prohibitum jurare unquam, & necessitas postulare hîc aut nunc poterat, ut ipsi Clerici *personaliter* jurarent.

17. D. *Contra est* 1. Marcianus provocavit ad canonem: per hunc verò nunquam licet Clerico jurare: huic enim antiquissimo canoni adhuc anno 895 sanctè inhærens Concilium *Triburiense* voluit in casu, quo *laicus* jurabit, presbyterum *vice juramenti per sanctam consecrationem* (id est, sub honore suo presbyterali) *interrogari*, addens rationem, *manus enim, per quam corpus, & sanguis Christi conficitur, juramento polluetur?* Can. 4. II. q. 5. C. *nego minor*. Ad probationem dico, quòd *Triburiense* Concilium hoc non velit propter antecedentia: *Sacerdotes ex levi causâ jurare non debent*: unde in ordinariis, & minoris momenti processibus jurabant *per sanctam consecrationem*: Quoad *pollutionem manûs* sacerdotalis per juramentum, distinguo, si juretur *ex levi causâ* C. *si ex gravi* N. D. Hæc explicatio canonis *Triburiensis* *Joanni de Turvecremata* magis placet, quàm illa *Hugonis, Laurentii, & Archidiaconi*, dicentium, quòd *opinio vul-*



gavium esset, tactu juratorio Evangelii, aut sacrarum Reliquiarum, quasi pollui manum sacerdotis; quanquam rectè subjungat *Archidiaconus*, olim sacerdotes tam fuisse sanctos, ut simplici eorum assertioni: *est, est, non non*, crederetur: & sic maculari illius sacerdotis fidem, ac sanctitatem apud homines, cui sine juramento credi non vult. sed

18. *Contra est* 2. Vi privilegii, quod Clero dedit *Marcianus*, semper poterant *coram secularibus iudicibus* Clerici declinare juramentum: Canon ecclesiasticus autem vult, ac præcipit clericis, quòd *semper* ibi declinare *debeant* super sacro-sancta Evangelia jurare; sed, siquidem jurandum sit, id fiat *coram Episcopo*, in cujus territorio est: *Can. 22. XXII. q. 5.* Jam verò *Honorius* permisit, ut clericus, *consulto praelato suo*, juret etiam *coram iudice laico*: de hoc enim casu processit nova constitutio *Henrici*, quam corroboravit *Honorius* sub dictâ moderatione: ergò *Honorius* remisit de clericali privilegio, & vulneravit canonem, qui in omni casu poterat custodiri. C. Respondet 1. *Glossa* propter verbum: *expurgetur*, canonem cit. loqui de *juramento expurgationis* nunquam faciendo *coram laico*; quia hoc fit cum *solemnitate* compurgatorum multiplicis manûs de eodem ordine, quam non decet institui coram sæcularibus; non verò de *juramento calumniæ*, quod unus clericus solus præstat; sed quoniam tibi hæc solutio in priore discursu num. 58. non placuit, & ipsamet *Glossa* hîc non tenet firmum pedem, statim subjungendo: *vel dic, quòd sine licentiâ Episcopi nullum debet facere juramentum laico.* Hinc respondeo 2. Videtur quidem *Honorius* eatenus celsisse tempori, quod semper in pejus labitur, ut possent *in casu raro*, si circumstantiæ rerum sic poscerent, clerici, *etiam coram laico*, se pro demonstrandâ illi plenâ fiduciâ causæ, bonâque in litigando conscientia, offerre *ad juramentum calumniæ*, sed contingentiam casûs valdè reddidit difficilem, ac raram, ordinando, ut *Episcopus* non aliter, quàm de licentiâ summi Pontificis, *Clericus inferior Episcopo* non aliter, quàm de licentiâ sui Prælati, hoc auderet.

19. D. *Contra est* 3. Marcianus *simpliciter* exemit Clericum à debito jurandi: *Honorius*, secutus decisionem *Henrici*, subjugavit Clerum *alternativæ* obligationi, aut per seipsum, aut per substitutum advocatum, jurandi de calumniâ: ergò diminuit Clero suum privilegium exemptionis. *Instauratur*: Vel debebat Clerus satisfacere legi *Justinianæ* 2. *C. b. t.*, vel non debebat? Non dices primum: si verò secundum, modus ille adinventivus, satisfaciendi per substitutum, erat *superfluus*; cùm neque sic legi satisfaceret, utpote quæ per substitutum jurari noluit. §. 3. & 5. C. Nec *Henricus*, nec *Honorius*, obligationem *alternativam* Clero imposuerunt; nam uterque simpliciter dicit, *totum clericalem Ordinem à juramento calumniæ præstando esse immunem*: qui verò *immunis* est, is non tenetur aliquem vice suâ ad aliquod munus delegare, sicut per legem *Marciani* clericus cavens executori non debebat facere, ut juramentum *alterius à se delegati* inesset cautioni suâ. Itaque *utraque pars alternativæ* stabat in arbitrio Clerici, sic, ut neutram præstare teneretur: hoc manifestatur ex verbis dubiis comparatis cum *verbis decisionis*; dubium dixit: *utrum clericus juramentum præstare NB debeat, aut alii hoc officium delegare*, sub uno verbo *debeat*: econtra decisio utitur duobus verbis, *non compellatur, & liceat*; utrumque verò tollit debitum, & contradicit verbo: *debeat*, quasi dixissent legislatores: *neutrum debet, delegare licet, si velit*. Ad instaurationem argumenti dico, non debuisse Clerum satisfacere *l. 2. C. b. t.*, nec *penitus* satisfacisse delegando, *aliquo tamen modo*, faciens, quantum ei per canones non erat prohibitum: qui modus quidem erat *supererogatorius*, minimè tamen *superfluus*: quandoquidem satis tuta fuerit pars adversa, si *defensores clericorum* jurâssent capitula juramenti calumniæ; ab his enim, tanquam viris laicis, major potuit esse merus calumniosæ actionis, quàm à clericis, quos ob religionis professionem quàm longissimè ab injustis litigiis, & illicitis in judicio actibus, abesse, putandum erat, neque decebat in calumniæ suspensionem vocari.



Disputatur  
 20. D. Sacerdoti  
 veri poterant ex  
 in capituli. Con  
 hic tribus propo  
 1) Clericus in can  
 2) per se jurare ne  
 3) Nec debet, sine  
 Ita Summarium  
 21. D. Tres pro  
 per verba restringe  
 jurando propter on  
 nis generale verbo  
 titus, & tamen  
 Episcopus. C. Niri  
 jurando alicujus co  
 tractum: nam t  
 minis thema capit  
 sic igitur statue  
 1) Clericus, ubi  
 non cogit  
 2) Sed licet ei,  
 suæ Eccle  
 3) Non licet Ep  
 centiâ suâ  
 22. Quid nan  
 meo casu brevi,  
 statione juram  
 nam si pro suo

*Disputatur super rectâ constitutione Casûs brevis hujus capit.*

20. D. Satisfecisti, domine Candidate, objectionibus, quæ moveri poterant *extra punctum capituli*: restat nunc disputare *super puncto capituli*. Constitue mihi istud, dicendo *casum brevem*. C. Consistit hic tribus propositionibus istis:

- 1.) Clericus *in causâ Ecclesie sue* juramentum calumniæ potest alteri committere; &
- 2.) *Per se* jurare non cogitur,
- 3.) Nec debet, *sinè Superioris licentiâ*.

*Ita Summarium in impressis.*

21. D. Tres propositiones, uti iacent, non sunt bonæ: *prima* propter verba restringentia: *in causâ ecclesie sue*: hoc enim textus non dicit: *secunda* propter omissionem, quam mox supplebo: *tertia* propter nimis generale verbum *Superioris*: nam Episcopi Superior est *Metropolitanus*, & tamen non sufficit licentia Metropolitanæ ad hoc, ut juret *Episcopus*. C. Nimis mihi videris esse scrupulosus. D. In statuendo *puncto alicujus capituli* oportet doctorem ferè usque ad scrupulos esse exactum: nam unicum verbum abundans, aut deficiens, facit, quominus thema capituli habeat suam *acribiam*, sive *præcisam constitutionem*. Sic igitur statue *casum brevem* accuratè.

- 1.) Clericus, *ubicunque*, & *in quâcunque causâ*, sive *criminali*, sive *civili*, litigans, non cogitur *per se* jurare;
- 2.) Sed licet ei, hoc officium *suo defensori* delegare, dummodo, si causa vertatur suæ Ecclesie, noverit, hoc ei expedire, ut defensorem constituat.
- 3.) Non licet *Episcopo* jurare absque licentiâ summi Pontificis, nec *clerico* absque licentiâ sui Prælati.

22. Quid nunc habes contra hæc tria membra *casûs brevis*? C. Maneo *in meo casu brevi*, quod hoc capitulum tantum liberet clericum *personali præstatione juramenti calumniæ* tunc, quando in lite est *pro suâ Ecclesiâ*: nam si *pro suo particulari peculio*, sive *patrimonio*, sit ei lis, tenebitur *per*

se jurare. D. Unde probas, quæso, hanc tuam distinctionem *restrictivam*? C. Probo 1.) ex verbis textûs: *si Ecclesiæ suæ expedire noverint*. 2.) Quia cæteroque istud capitulum combinari non posset cum sequenti *Cap. 5. b. t.*; nam ibi, quia non vertebatur *causa Ecclesiarum*, sed *privata* fidejussionis, ambo litigantes Clerici jussi fuerunt jurare de calumniâ. D. ad 1.) Verba illa non te solum, sed *plerosque* in deviam à mente hujus capituli semitam seduxerunt: sed lege Domnum Böckhn *ad hunc tit. num. 5.* nempe, non restringitur *immunitas à jure jurando personali*, sed *facultas constituendi advocatum*, & ipsius conscientiæ committendi æstimationem justitiæ causarum, quas habent Ecclesiæ: posset enim ex malâ conceptione dicere: *non audeo jurare*, & sic Ecclesiæ noceret: quapropter istud non semper expedit ecclesiis. Vide in priore discursu num. 48. Ad 2.) Distingue tempora, & conciliabis Capitula: de hoc infra, cùm de fatiis Honorianæ.

23. Sed positivè nunc reprobò istum intellectum communem his fundamentis:

1. *Henricus* non restrinxit suam decisionem solum *ad casum*, quo clericus agit *nomine suæ ecclesiæ*: ergò neque *Honorius*: Consequentia patet; quia *Honorius* per omnia consensit decisioni *Henrici*, *quatenus hæc dabat immunitatem à juramentis præstandis*; neque intendit minorem facere eandem, sed potius facultatem jurandi *ad huc magis* per suæ *moderationis* sufflamen impedire: ergò noluit majorem dare jurandi necessitatem: dedisset autem, si coëgisset clericos ad jurandum *personaliter* pro casu, quo contenderent *aliter*, quàm *nomine Ecclesiæ*. Jam probo etiam antecedens. a.) *Henricus* planè omisit verba illa, *si ecclesiæ suæ expedire noverint*: ergò in ejus novellâ nihil est, quod causam præbeat dicendi, sic restrictam esse illius decisionem ad talem casum. b.) *Henricus* dixit: *non cujuscunque ordinis Clericus, non aliquis monachus, vel sanctimonialis, compellatur jurare*: ergò *nullus Clericus, nullus monachus, nulla sanctimonialis*: sed inter Clericos, monachos, sanctimoniales, plurimi dantur, qui carent *administratione*.

in Ecclesiæ,  
men per se non  
rius Clerici, p  
vi; quia, di  
pollant esse,  
jurare debere.  
ergò est immuni  
stus: non ergò  
stus, & itas n  
Hæc immunitas,  
monte ab hoc, ad  
perit: sed privi  
ff. de Cons. Cap.  
nam certam casu  
ergò etiam in prop  
6. de major. & ob  
2. Honorius volu  
tatio divine, & h  
pium jurarent: e  
15. C. de Episc. tan  
in quâ vel ipsi, vel  
rius de propria  
nomine suæ Eccle  
intellexerit casu  
tem sic intellexit  
non intenderunt  
tum negotium  
\* Adnot. alii  
sunt criminaliter con  
nam 1. Ecclesiæ  
aderrime, coram  
voluntario etiam

*sua Ecclesie*, consequenter nec possunt agere *nomine ejusdem*: & tamen *per se* non coguntur jurare; aliàs vera esset hæc propositio: *plurimi Clerici, plurimi monachi, plurimæ sanctimoniales, coguntur jurare*; quia, dum nulla eis competit administratio, non aliter in lite possunt esse, nisi *causâ personæ propriæ*, quo casu tu dicis, eos *per se* jurare debere. c.) *Henricus dixit: totus ordo clericalis sit immunis*: ergò est immunitas *Ordinis quâ talis*: ergò data *intuitu professionis, & statûs*: non ergò restricta *ad causas ecclesiarum*; nam *identitas* professionis, & status manet, sive *causa sit Ecclesie, sive propria Clerici*. d.) Hæc immunitas, in quantum agnita est ab Imperatore, Clericos eximente ab hoc, ad quod coguntur laici, censetur *instar privilegii imperialis*: sed privilegium hoc *quàm plenissimè* interpretari debemus. l. 3. ff. de *Const. Cap. 6. in fin. de donat.*: ergò non est restringendum ad unam certam casûs speciem. e.) *Henricus dixit: in quâcunque causâ*: ergò etiam *in propriâ*: nihil enim excepit, qui dixit: *quodcunque*. Cap. 6. de *major. & obed.*

2. Honorius voluit servare *intentionem divinæ, & humanæ legis*: sed *intentione divinæ, & humanæ legis* erat, ne Clerici *etiam in suis privatis causis* passim jurarent: ergò: *probo min.* ex hæc lege Marciani in verbis princ. l. 25. C. de *Episc. tam de suis, quàm de ecclesiasticis negotiis*: item §. 1. in *causâ, in quâ vel ipsi, vel procuratores, quos pro se dederint*. Item ex eo, quòd Clericus *de propriâ suâ substantiâ* non teneatur cavere judicialiter, si agat *nomine sue Ecclesie*; ex quo manifestum est, quòd lex humana etiam intellexerit casum, quo Clerici *in suis privatis rebus* litigant; hoc autem sic intellexit *ductu legis divinæ*: ergò tam lex divina, quàm humana, non intenderunt, Clericum debere cogi ad jurandum, etiamsi *privatum negotium* prosequeretur in judicio. \*

\* *Addunt alii 3. Argumentum ex verbis; seu criminali*: eò quòd *Ecclesia* non possint *criminaliter* conveniri, sed *soli Clerici* ecclesiarum privatim: Verùm hoc non stringit: nam 1.) *Ecclesie* in criminali possunt saltem *agere*, & quidem coram *judice ecclesiastico* liberrimè, coram *seculari*, prout explicavi priùs num. 14. 2.) Possunt coram *judice ecclesiastico etiam Ecclesia* conveniri *criminaliter*. Arg. Cap. 19. de *Simon.*, sumendo

nimirum *Ecclesiam* pro *Collegio*, sive *communi Congregatione*, sicut accipitur in *Cap. 12. de testam.* Credo, priora argumenta sufficere ad te convincendum, ut hoc postremo non sit opus.

24. C. Adhuc unum mihi solve, & acquiescam. D. Dic modò; quia discere volentes debent se penitus expectorare. C. Tu ipse sustines, quòd delegatus à Clerico debeat jurare in *animam propriam*: atqui talis non est alius, quàm *Syndicus ecclesie*; de hoc enim solò constitutum est, ut juret in *animam propriam*, licet defendat causam alienam. *Cap. 3. b. t.* ergò hoc capitulum non loquitur de alio, quàm de *Syndico Ecclesie*. D. fateris ergò, quòd *Syndicus Ecclesie* solus juret, nec in *animam Ecclesie*, sed in *suam duntaxat*: hoc ipso autem non observatur *l. 2. §. 5. C. b. t.* Directè autem *Re. negando min.* ideò enim *Syndicus Ecclesie* jurat in *animam propriam*; quia *Ecclesia*, quæ jurare non tenetur secundum leges, & canones, eum delegavit, velut *reum jurandi*: atqui hoc facit quilibet alius Clericus, in *causâ suâ propriâ* alium delegando: ergò delegatus ab eo jurabit quoque in *animam propriam*.

25. C. Acquiescerem, nisi *tuus casus brevis* esset contra *intellectum communem*, tam veterum, quàm recentiorum. D. Quid tunc? Quoties *Domn. Engel, & P. Schmalzgruber*, non tenuerunt sententiam contrariam communi? Tu es adhuc juvenis: vive 40. annos, & experiere, an non *meus casus brevis*, exploso casu veterum, sit communiter tenendus? Initium fecit *Domnus Böckhn*, ego secutus sum eum, non ero postremus. Si igitur nihil ampliùs in perâ serves, veni disputemus de *puncto nostri capituli*:

### §. III.

#### Oppugnatur ipsum punctum Capituli.

25. Oppono itaque posito casui brevi hoc Thema contrarium:  
*Clericus, ubicunque, & in quâcunque causâ litigans, cogi debet, ut per se juret propter calumniam.* Hoc

Hoc probo *Argum. 1.* Si Clericus litiget coram iudice *seculari*, tunc quoad *formalia processûs* subest legi ejusdem civili; quia propter *quasi-contractum litis contestatæ* censetur actor forensis aliquo modo esse *de illius loci foro*, & jurisdictione. Sed lex civilis quoad *formalia processûs* exigit, ut personæ principales *per se ipsas* jurent propter calumniam: ergò & Clericus. C. *Distinguo majorem*: subest legi civili quoad *formalia processûs*, in quantum hæc nihil continet, quod esset *contra conscientiam Clerici*. C. Siquid contineret contra conscientiam Clerici N. jurare autem iudici *laico* est contra Clerici conscientiam; quia ei prohibitum est per sacros canones.

27. D. *Contra est 1.* Non est contra conscientiam Clerici, jurare iudici laico: *probo*. Si esset, ergò vel ideò, *quia juraret*; vel ideò, *quia laico*: neutrum: ergò. Non, *quia juraret*; quia jurare non est res mala. *Discurs. prior. num. 44.* Non etiam, *quia laico*: nam & S. Gregorius M. præceperat, ut *Mennas* Episcopus coram *Brunichildâ* Reginâ, junctis sibi duobus sacerdotibus, *pro arbitrio Regine*, expurgaret se juramento. *Can. 7. II. q. 5. C.* Dico, Clericum acturum esse contra suam conscientiam *duplici reatu*, tam, *quia juraret*, tam, *quia laico* juraret. *Ad probat. 1. mæ partis B.* Juramentum non est res Clerico mala *intrinsecè C. Extrinsecè N.* Vid. cit. num. 44. *Ad probat 2. de part.* non possum me juvare aliter, quàm recurrendo *ad plenitudinem potestatis* papalis. D. *Glossa* tibi mox reponeret: fuit tamen hic *nimiùm papaliter* dispensatum, quòd *Episcopus, expurgatus coram Papâ, cogitur adhuc* coram mulierculâ se expurgare. Sed juva te ex *subjunctâ correctione Romanâ*, quâ teste nunquam Romani Pontifices hujusmodi causam mulieribus leguntur commisisse; nec tale quid legitur *in fonte* apud S. Gregorium, qui est *libri II. Epist. 8.*, ut statim hic videre potes: C. Ita me Deus amet! non est *in fonte*, quod allegat *Gratianus*: erravit igitur errorem hic gravissimum; sed non capio, quâ vir ille tam potuerit esse insolens? D. Nec ego capio: usus tamen est *Gratianus Ivone*, qui hunc passum, *Brunichildæ malè applicatum*, citat ex epistolâ *Alexandri II. ad Ray-*

*naldum*, Cumanum Episcopum, ità, ut delendus sit prorsùs ex *cit. Can. 7.*, & transponendus in posteriorem *Can. 11. II. q. 5.*, qui non de *Mennà*, sed de *Guillando* presbytero est, cujus expurgationem canonicam arbitrio *Raynaldi* commisit *B. Gregorius*.

28. D. Contra est 2. Nolle prorsùs jurare est *tenuis religio*; nolle coram iudice *laico* jurare, *superbia*: ergò Clericus non poterit declinare his prætexitibus juramentum calumniæ: *Probat*ur prima pars ex *cap. 18. de Simon.*, quod approbat *leges humanas*, dicentes, quòd quidam *tenui religione* sacramenta *necessaria*, & *legitima* exhibere contemnunt, *tenuem religionem* vocantes, *quæ in talibus hæsitat*, *ubi non est aliquatenùs hæsitandum*. *Add. l. 21. in fin. C. de fid. instr.* ubi: quidam subtili reverentiã tenti nec verum sacramentum præstare patiuntur. *l. 8. princ. ff. de condit. instit.* ubi: *alii sunt ad jurandum per quàm timidi metu divini Numinis usque ad superstitionem*. Jam verò juramentum calumniæ ex legis dispositione est sacramentum *necessarium*, & *legitimum*; ergò nolle illud præstare, cùm quis verè credit, se justè litigare, est *tenuis religio*, seu *superstitio*. *Prob. etiam altera pars*. Nolle jurare *coram suo Superiore* est *superbia*; sed iudex laicus est in eã causã, quam coram ipso deducit Clericus, Superior: ergò. *min. prob.* quia inferior superiorem judicare non potest. *Can. 4. dist. 21.* nec par parem, defectu imperii *Cap. 20. de elect.*, necesse est igitur, ut qui Clericum judicat, Clerico sit in eã causã superior. *Confirm.* Ipsi *summi Pontifices* coram Imperatoribus, vel Legatis eorum, canonicè se expurgarunt: *Can. 10. 11. II. q. 5. Can. 41. II. q. 7.* ergò potuerunt etiam *minores Clerici* omnem calumniæ suspicionem per juramentum coram sæculari iudice purgare. C. *Nego*, aut *tenuem religionem* esse, aut *superbiam*, dum Clerici nolunt jurare coram iudice laico: *Ad probat. 1. mæ part. B.* Illorum quidem *tenuem*, id est *nimis scrupulosam*, esse *religionem*, qui, cùm maximè *in casu jurandi licito* sint, metuunt tamen, ne jurando Numen divinum offendant; ideòque *nunquam* disponi possunt, ut jurent. Sed non *clericorum*, seu aliorum, qui *frequentiam* quidem



jurandi sollicitè evitant, adhibitâ verò cautelâ *interdum* jurant: ipsæ autem *leges sæculi* favent conscientis, juramenta metu divini Numinis abhorrentibus: nam *l. 25. §. 1. ff. de pec. const.* delationem juramenti vocat *facilitatem*, relationem ejus *verecundiam*; quia nemo dubitat, *modestius facere, qui referat, quàm, ut ipse juret*: ob eandem quorundam hominum à jurejurando formidinem prætor noluit, à quoquam aliquid relinqui *sub conditione jurisjurandi*. *l. 8. ff. de condit. instit. l. 112. §. 4. ff. de legat. 2., etiamsi miles sic relinqueret. l. 29. §. 2. ff. de Testam. milit.* imò *l. 20. ff. de condit. & demonstr.* conditionem jurisjurandi annumerat turpibus. Et ipsa *l. 21. C. cit.* noluit nimis durè haberi illos, qui *subtili religione tenti* detrectant jurare: quantò magis ergò favendum est religiosæ cogitationi *Clericorum*, juramenta, quantum possibile, declinantium? *Ad probat. 2da part.* Non est *superbia* sustinere, quæ ad *perfectionem statûs, gradûsque sui dignitatem* pertinent: *superbia* enim *S. Aug.* est *perverse celsitudinis appetitus*, & nominatur ex hoc, quòd *aliquis per voluntatem tendit supra id, quòd est*. *S. THOM. 2. 2. quæst. 162. art. 1. in ☉* Nolle jurare coram superiore suo ex *contunaciâ voluntatis propriæ* est *superbia*. *C. ex religiosâ observantiâ suæ regulæ, ipso imperiali privilegio corroboratæ. N. Quòd si consuetudo valeat, quæ personas, integritate vitæ conspicuas, illustres, & nobiles, non cogit jurare, dum in testes producuntur, qualem in Bohemiâ, Austriâ, Bavariâ, testatur vigere Gail. lib. 1. observ. 100. num. 22. & observ. 101. num. 13;* nec *superbi* sint illi, qui se hoc privilegio tuentur: multò minùs ille *superbuserit, qui divinâ, & humanâ lege à jurisjurandi necessitate eximitur. Ad confirmat.* Ea, quæ *SIXTUS III., LEO III., & quidam alii Papæ, ad tollendum scandalum valdè extra ordinem fecerunt, non debet pro aliis forma ordinaria, & quotidiana desumi. cit. Can. 10. II. q. 5. in fin.* Adde purgationem *LEONIS in fin. apud Harduin. Tom. IV. Conc. pag. 938.* Sequitur ad summum, quòd *Clerici ex causâ gravi, de licentiâ suorum Prælatorum, etiam coram judicibus secularibus, jurare possint: dixi: ad sum-*

*num*; non enim Pontifices illi hoc fecerunt *coram tribundi Imperatoris*, vel Legatorum ejus, sed *in presentia duntaxat eorum*, coram *synodo*, & apud Sedem Apostolicam; *ante confessionem S. Petri*. Can. 43. II. q. 7.

29. D. *Contra est 3*. Nec honor, nec conscientia Clerici, vel Religiosi, læditur, si Clericus, vel Religiosus, juret Principi *seculari*, aut *alteri laico*, *fidelitatem* pro consecutione alicujus *temporalis*. Arg. Cap. 30. b. t. Ergò neque, si juret *judici* propter calumniam, pro consecutione *justitiæ*. C. Antecedenti Canon 8. Conc. Rotomagens. de anno 1096. est contrarius: *nullus presbyter efficiatur Homo laici: quia indignum est, ut manus Deo consecratæ, per sacram unctionem sanctificatæ, mittantur in manus non-consecratas*: ipsum hoc juramentum *fidelitatis* adhuc sub *Friderico I.* Imp. contradictionem gravem ab *Hadriano IV.* tulit: legatur etiam epistola *Paschalis II.* ad *Anselmum* Cantuar. Episc. apud *Harduin.* Tom. VI. Concil. part. 2. pag. 1787. Ex usibus *Francis* videtur præstatio hujus juramenti translata fuisse in *Germaniam*, ex hæc propagata in *Angliam*, *Italiam*: D. Dubium, an sæculo IX. fuerit *sacramentum*, an *simplex professio* fidelitatis. Vide *Harduin.* Tom. V. Concil. pag. 1233., ubi formula *Hincmari* Laudunensis.

30. C. Quàm graviter tulerint anno 858. *Episcopi Franciæ*, hoc genus sacramenti à se exigì, ostendit synodi *Carisiacæ* ad *Ludovicum* Regem *Germaniæ* Capitulum 15. in med. *Nos Episcopi, Domino consecrati, non sumus hujusmodi homines seculares, ut in vasallitico debeamus nos cuilibet commendare, aut jurationis sacramentum, quod nos Evangelica, atque canonica auctoritas vetat, debeamus quoquo modo facere. Manus enim ebrysinatæ sacro peruncta, quæ de pane, & vino aquâ mixto per orationem, & crucis signum conficit Corpus, & Christi sanguinis Sacramentum, abominabile est, quidquid antè ordinationem fecerit, ut post ordinationem Episcopatus seculare tangat ullo modo sacramentum: & lingua Episcopi, quæ facta est per Dei gratiam clavis*

Cæli, nefarium est, ut, sicut secularis quilibet, supra sacra juret in nomine Domini, & Sanctorum invocatione; nisi fortè, quod absit, contra eum scandalum acciderit Ecclesiæ suæ: & inde sic temperanter agat, sicut, Domino docente, constituerunt Rectores ecclesiæ synodali Concilio. Et, si aliquando sacramenta ab Episcopis exacta, aut acta fuerunt, contra Deum, & ecclesiasticas regulas, quæ Spiritu Sancto dictatæ, & Christi sunt sanguine confirmatæ, acta Sanctæ Scripturæ paginis declarantur, & exigentes, atque facientes, medicamento exinde salutari penitentiæ indigent. HARDUIN. Tom. V. Concil. pag. 475. D. Nostro Henrico III. S. Halinardus, ex monacho factus Episcopus Lugdunensis, absolute noluit jurare fidelitatem, dicens: melius est mihi nunquam accipere sacerdotium, quàm transgredi Dei mandatum: Dominus enim dicit in Evangelio: non jurate omnino: & regula Patris Benedicti præcipit monacho non jurare. MABILLON sæc. VI. Benedictino part. II. pag. 38. §. VI. C. Sed nunquid non accepit Episcopatum Halinardus, quia noluit Cæsari jurare? D. Quin imò accepit: nam Imperator videns eum firmum, noluit ampliùs inquietare illum, solummodò verbo, & promissis ipsius fidem assentiens, dedit ei, quod petebatur. Consuetudo tamen approbata hætenùs fert, ut Episcopi, & Abbates S. R. Imperii jurent Imperatori, dum investuntur ab eo regalibus, & cæteris temporalibus. C. Ast quanta disparitas jurare Imperatori secundùm consuetudinem feudi, & jurare cuivis judici secundùm l. 2. C. b. t.?

31. D. Sed est unus canon synodi Bajocensis, qui hætenùs dictis valdè obstat, nempe 43. Nullus Clericus patronis faciat juramentum, antequàm Episcopo sit præsentatus, & receptus. Episcopus autem receptum faciat jurare, quòd ad patronos accedet, ut debitum faciat juramentum. Ecce jurare debebant Clerici, se patronis juraturos. C. Abusus, abusus! nam cur juret Clericus suo patrono, cum nequidem Episcopus aufit compellere clericos suos, ut sibi jurent, excepto æconomò suæ ecclesiæ Can. ult. XXII. q. 5.? Quo anno habita est hæc synodus? D. Anno 1300. C. Jam plana res est: hoc sæculo

jam sepultus erat sanctus ille canon, qui clericos laicis, aut etiam Clericis, jurare vetuerat: sic non mirum, quòd patroni prætenderent præsentatis ad parochias Clericis juramenta; sed nimia laxitas erat hujus synodi, quòd sub juramento clericos angariaret jurare suis patronis. D. Hoc verum est, nec facilè reperies ejusmodi statutum *diocesanum*.

32. Interim mos erat etiam in Dicecesi *Trevirensi*, ut neo-parochi jurarent ecclesiis *Collegiatis*, à quibus præsentabantur; sicut fidem tibi ex Archivo S. Simeonis facere possem de actibus, adhuc isto Sæculo, fieri solitis: imò audio, apud quasdam collegiatas usum adhuc hodieque retineri. Vis legere aliquas reversales juratas patrono laico Sæc. XVI. ? C. Curiosus sum, ut videam *puncta juranda patronis*: D. En primùm formulam jurandi patronis *ecclesiasticis*:

### JURAMENTUM PLEBANORUM.

Ego N. *assumptus plebanus*, sive *vice-pastor parochialis* Ecclesia in N. juro, & spondeo, quòd ex nunc, & deinceps vobis Dominis meis Collatoribus, Decano, & Capitulo hujus sancti Simeonis collegiata Ecclesia fidelis, & obediens ero, vestrisque mandatis parebo, partem, seu conspirationem contra vos, vestraque ecclesia bona, jura, & libertates non faciam, nec interero consilio, ubi de eorum periculo, vel damno tractabitur, sed de iis, omnique damno, & periculo, mihi pro tempore præcognito, fideliter præmonebo. Parochialem Ecclesiam in N., à vobis mihi modò collatam, in spiritualibus, & temporalibus benè, & laudabiliter, Deo adjuvante, regam, onera ejus debita supportabo, & bona ejusdem non alienabo, oppignorabo, nec in longum tempus sine licentiâ vestrà locabo, sed magis eadem in bonâ structurâ, & culturâ pro posse, & nosse conservabo, deperdita recuperabo, & quantum in me erit, meliorabo, inque plebanâ ejusmodi personalem residentiam faciam. Sic me Deus adjuvet, & hac sancta Dei Evangelia.

33. D. Sed etiam vide juramentum aliquod, patrono cuidam laico præstitum in Dicecesi *Moguntinâ*: hic leges mirabilia: accipe chartam pergamenam, sigillo cereo illæso munitam, & recita.

C. Ich Heymannus Sartoris Clericus Meynker Bisthüm bekennen mich, daß der West Juncker Eberhard von Hüfestaun myn lieber Juncker mit dir Pfar zu Grevenhuz-

sen ( in territorio Darmstadiano ) um Gottes willen myn Lebenland , und nyt le-  
ger gelühen hait mit dyssem unterscheyt das ich myn leben land do wonenn und  
blyben sal , und wyl die genant Pfar , und das ir auch die armen Ludde ( Subditos )  
do selbst gedulichen versorgen , und versehen sal und wyl auch din Pfar Hof sampt  
den Guttern dar zu gehörig in wyßlichem guten bume halten besserenn und nit er-  
germ , und alle wochen dry Mess lesen darzu den Sondack myt sampt der Preddeick  
und was sich off ja iglichen Sondack in der Pfar Kyrchenn geboret auch die Gedech-  
niss myner verscheyder Eldernn solten thun . Es sollen auch die anniversaria zu Greven-  
husen ader anderswo dyssen vorgeschriben Messen feyn verhinringe oder abbruch thun  
und ob ich dyffe vorgeschriben Mess Kranckheit oder ander grosser orsachen halbe  
nit thon konde So sal und wyl ich die we obgeschribenn onunterlessick zu gescheen be-  
stellen darzu alle hoch Fest und gebant heylge Tage sal und wyl ich Mess lesen und  
ens begeben in der Kyrchenn wy das sich zu yddersit gebort und sunderlichen die syer  
hochgsten Fest und alle unser lieben Frauen Dage die obent und die Dage Vesper und  
Salve syngenn my sich zu yddersit geboret . Ich sal und wyl mich auch feyniger Ge-  
rechtigkeit gebrauchenn ader genyß der Helgenn und des barwes Rendt gefelle ader  
Nutzunge unterzeygenn ader annemmen auch myr nicht gescheen lassen ader werde  
es falle in die Kyrchenn ader usserhalbe der Kyrchenn Es syn klenß groß menich ader  
sol wie das namenn habenn macht do myt nicht zu thun habenn on sol und wyl  
sunder den jhenen den das befolten ist leyssen handelen nach Irren befelle ab auch  
die buewemeyster ykund oder noch folgen zu icklichen Zytten sin mogen bawent ader  
anderß den helgen und dem buewe zu gude off den Kyrch Hoff leykenn ader setzen mo-  
genn ader syhen lasen myt den allen und der glichen sal und wyl ich nit zu thun  
haben Ich sal und wyl auch feyn syhe ( porcos ) off den Kyrchhoff dreybenn dragen  
ader thun lassen sunder das syßlichen wernn und do wydder ryddenn off der Ranzlin  
Ich sal und wyl auch das Pfar = Fult hestlichenn und syßenglichen daran wyßen uff  
der Ranzlin und in der Bycht das sy irren Rechten zenden geben zu allem und ick-  
lichem darin sie zenden schuldig syn auch das Pfar = Fult den Sontack Mess und Pre-  
dige hore und deglich zu sonner gelegenheit Morgents und Obents in die Kyrche ge-  
hen Gottes nit vergessenn Ich sal und wyl auch dye Pfar in feyn ander Hant kom-  
men lassen on mynß Jundernn u. syner Erben gutten wyssen u. wyssen auch myn Jundern  
alle jura presentatione proclatio und investuer zu synenn Handen onverkochtlichenn ge-  
benn dach ob ich der bedorft in Hanthabunge der Pfar und irer Gutter so sal myn  
Junker oder syn Erbenn myr die folgen lassen doch das ich Im angeterlichen unver-  
zock wydder zu syn handen aebe , und abe ich eynß ader me Gottes lehen uberquem  
die mach ich annemen dach sal und wyl ich uff der Pfar zu Grevenhusenn blyben syhenn und  
wonen und wan ich nit me of der Pfar konth ader wolt blybenn so sal und wyl ich  
mynem Jundereu ader syn Erben die Pfar wydder In syn oder Irer Hant stellenn  
also das er ader seyn Erben forter do mit thun und lassen noch Irer Woltaefallenn und  
ich ubergib die yren ader nit so halbe ich abzyhn ader die nit mit allem guden  
Worden und Werken versehe , we obgeschriben stehet , so sal sye myn Junker ader  
syn Erben heymfallenn syn die forter ym andernn , zu verleyhen und nach dem be-  
sten zu bestellen , on Inrede myn und eynes iglichen von mynentwegen , mere es  
auch sach das ich mit eynem oder mehr die myn Jundern auch myn Herrn her Martin

ORUM.

... in N. jura, ...  
... Decano, ...  
... velisque mandatis pro-  
... jura, ...  
... liberat  
... tractabitur, sed d  
... promissio. Parocho  
... temporaria bel-  
... bona episcopi  
... sed magis sicut  
... receptis, et  
... videntur jura

patrono cuiusdam la-  
... accipere charta  
... recita.

... beferren mich ...  
... die Pfar zu Greven-

ihnem Bruder oder Iren Erben verwant warnen oder zu versprechen zustünden in Irtingen oder Zueyung kem wie das were und off u. die das gescheen macht sal und wyl ich solicher sachen vor mynem Herren und Junckern oder Iren Erben in usdrack kommen und Iren bescheints halten und blyben on alle Wegerungen usgescheydenn was den Glauben und die helge Sacrament berorent ist hiemit sal und wyl ich Innen und Iren Erben gedrn und bolt sie vor eren Schaden warnen und besten werben auch irer beyden Irer beyden Hufstrawen und Kinder und aller Iret Elteren gegen Gott gedencen gedanlichenn und slyssentlichen Gott vor sye bytten alle und igliche Artickel hie vorgeschrieben geredden und versprechenn ich Haymannus Sartoris stedt vesti und unverbrüchlich zu halten han auch das mynem Junckern mit hant gebuerden gelopt dem allen also noch zukommen han das auch als balde off das helge Evangelium geschworen Ich verkyhe mich auch in dyssem Brieff die hant gebuer und gethannen Eydt aller fryheydt die myr als eynem Priester gegeben und zugeordnet sint und dysser Verschrybung zu abbruch oder enichen schaden kommen mocht alle gesyrde und arglyst herin us geschyeden. Zu bekenntniß dysser Ding hain ich Heymannus Sartoris dyssen bryff mit myner eygen hant aeschriben, und zu nach merer sicherheydt ich myn eygen Insigel an dyssem Bryff gehangenn. Datum anno Dni XV. VI. uff Fritag noch sent Wlz dach.

34. C. *Mea vitâ non legi tam absurdum juramentum Clerici erga patronum: impexit contra Cap. 12. de for. compet., & diversos canones: Clericus ille factus est homo laici in optima formâ: laicus sibi reservavit jurisdictionem in illum, exceptis solis causis fidei, & Sacramentorum: renunciavit omnibus privilegiis presbyteralibus, in quantum ista adversarentur huic juramento: patronus laicus sibi stipulabatur jus destituendi Clericum, suo officio non fungentem. D. Hæc & similia audebantur sub obtentu, quòd Ecclesia pertineret ad patronos, quòd jus directum bonorum dotalium parochie consisteret penes ipsos, quòd beneficiatus esset patronorum vasallus; hinc non tantum simplex presentatio, sed etiam proclamatio, & investitura sub juramento fidelitatis. Sanè, si passim tunc ista practicaverint patroni laici, dixero, clara præludia fuisse illius Chymææ, quæ paulò post, tempore Lutberi, erupit in publicum, videlicet juris sacrorum laicalis. Verùm pergamus in argumentando.*

35. D. *Contra est 4. Compellendi sunt, etiam sacerdotes, ut jurent, si producantur coram quovis judice sæculari in testes: nam testi non creditur sine præstatione sacramenti. l. 16. C. de test. Cap. 29. eod., etiam*

iam si monach  
nam nullius tel  
deposuerit, in a  
omnia ad norma  
nom l. 2. C. b. t.  
in causâ propriâ  
solum testimonium  
1. Testimonium  
cepit: nemo enim  
in Ecclesiâ, id  
legitur enim  
Concilii Ro  
l. Capitul. 72.  
C. Sic legit  
normâ, sic in du  
pote legi, sicut tu  
non ille est spurius  
amen antiqua regu  
in secularibus  
... ubi nullæ  
normâ propriâ Episc  
ut aliter honorific  
sic hodie melioris a  
Clericus ad rec  
mittatur; sed ju  
negatoris, qui ex  
transmittet. Sed  
fici dimittunt fu  
nimentur: in Be  
nem ecclesiasticum  
Hæc Fur. eccles.

etiam si *monachi* essent, *Cap. 29. eod. aut de ordine F. F. minorum*; nam nullius testimonio, *quantumcunque religiosus existat*, nisi juratus deposuerit, in alterius præjudicium credi debet. *Cap. 51. eod.* Hæc omnia ad normam legum sæculi: ergò etiam cogendi erunt ad normam *l. 2. C. b. t.*, ut jurent *propter calumniam*; imò à fortiori, quia in causâ propriâ majus est periculum *calumniandi*, quàm in alienâ *falsum testimonium proferendi*. C. Antecedens est contra *Can. 9. XI. q. 1. Testimonium Clerici adversus laicum nemo* (judicium sæcularium) *recipiat: nemo enim Clericum quemlibet in publico examinare præsumat, nisi in Ecclesiâ*, id est, judicio ecclesiæ. D. Non rectè adducis *textum*; legetur enim: *testimonium laici adversus Clericum*, ut habet *epilogus Concilii Romani sub Sylvestro*, cujus est hic canon. *Hadrianus I. Capitul. 72. Concil. Triburiense Can. 4.*, & ex eo *Burckardus, & Ivo*. C. Sic legitur, ut allegavi, in *synodo Romanâ* citatâ, sic in *Parormiâ*, sic in duobus *MStis Decretis* bibliothecæ S. Simeonis, nec posse legi, sicut tu legisti, ostendit tota periodus verborum. D. Canon ille est *spurius pseudo-synodi*. C. Sit *pseudo-synodo* affictus, est tamen *antiqua regula*, quam retinuit *synodus Romana* sub *Eugenio II.* ibi: *in secularibus negotiis sacerdotes pro testimonio non rogentur . . . & ubi nullæ idoneæ sæcularium personæ inveniuntur*, in providentiâ *proprii Episcopi* sit, ut, aut *coram se*, & *competentibus judicibus*, aut *aliter honorificè*, *veritatem attollant*. *Can. 2. XIV. q. 2.* D. Et sic hodie *melioris disciplinæ diæceses* præticant cum *Trevirensi*, ut nullus Clericus ad requisitionem sæcularis judicis pro testimonio ferendo dimittatur; sed *judex sæcularis* mittet ecclesiastico articulos cum interrogatoriis, qui examinabit Clericum, ac rotulum clausum requirenti transmittet. Sed, ô tempora, ô mores! Quidam Superiores ecclesiastici dimittunt suos Clericos, ut à *quodam scribâ judicii sæcularis* examinentur: in Belgio, & Hannoniâ non est necesse, requirere Superiorem ecclesiasticum ad hoc, ut Clericus fiat testis coram *judice laico*. *Van-Espen Jur. eccles. univ. part. 4. tit. 7. Cap. 4. num. 29. & Cap. 6. num.*

9. Alicubi sub indignatione regiâ jubentur Clerici per sic dictum *pareatis* testimonium ferre coram iudicibus laicis, *etiam in causâ criminali*: propter hoc docent, *non fieri talem Clericum irregularem*, et si ad ejus testimonium sequatur mors, aut mutilatio. *Hericourt legum eccles. Franc. part. 3. Cap. 4. art. 2. num. 55. C. Recentiora* tempora videntur reverti ad *antiquiora*, sive ad *ius Codicis Theodosiani*: nam hoc jure *Episcopi* quidem nec honore, nec legibus, ad testimonium dicendum flagitantur; imò non decet eos admitti; nam & persona dehonozatur, & dignitas sacerdotis exempta confunditur. *l. 8. C. Th. de fid. test. l. 7. C. Justin. de Episc.*, verùm *reliqui Clerici*, etiam *presbyteri*, non erant immunes à testimonio dicendo coram iudice sæculari, usque aded, ut, solis *presbyteris* exceptis, *reliqui Clerici*, tanquam testes, *sub torturâ* examinari potuerint. *l. 10. C. Th. eod. l. 8. C. Justin. de Episc.* D. Hoc, tanquam *nimis vile* correxit subsequens ætas, nec divinavero, si canones propterea dicam non sivilisse, ut Clerici coram sæcularibus dicerent testimonium, aut saltem *non aliter*, quàm *honorificè*, id est, *citra quæstionis injuriam*. Conf. can. 59. Conc. *Carthagin.* habiti anno 399., ubi statuebant Patres, petendum esse, *ut nulla ad testimonium dicendum ecclesiastici cujuslibet persona pulsetur*. Can. 38. in fin. II. q. 6.

36. C. Quòd si verò testimonium olim dixerant Clerici, sive *coram iudice laico*, de licentiâ Prælati sui, sive *coram ecclesiastico*, nego, quòd *antiquioribus sæculis juraverint*; nam capitula, quæ mihi citasti, sunt *junioris ævi*, sapiuntque *metamorphosin veteris disciplinæ*. De *Episcopo* possum hoc probare ex *Nov. 123. Cap. 7.*, sive *Auth. sed judex C. de Episc.* Et notavit olim *S. Chrysothom. homil. 9. in Caput III. Act. Apost.*, sacerdotio illud tributum esse, ut & testes producti non jurarent. Item Author falsæ decretalis *Cornelianæ*: *Nos sacramentum Episcopis nescimus oblatum*. Can. 3. II. q. 5. De *Presbytero* habemus Can. 4. caus. ead. *Presbyter vice juramenti per sanctam consecrationem interrogetur*. Generaliter de *Dei ministris* ait ille *figulus Cornelianæ*: *Sacramentum hætenus exigi, nisi pro fide rectâ, non*

gnocimus, nec  
hec dixit sæculo  
37. Sed et si  
veritate dicenda  
peter cogendos  
mionis in eo esse  
nos sit, alterutri p  
statut summo jur  
probabilitas causa  
is temere litigant  
18. D. Antequa  
Brixienfis po  
tius, quoniam dix  
uit probare con  
C. Brixien  
modo non reperia  
men Irueris in Au  
ella formam, qua  
tunc in modum:  
tam sibi, ut prop  
tes, dicant, que  
re sunt stricte, &  
tiffimè procedat  
que, vel hominis  
Alerifus de symbo  
de jure fise. in ver  
tingit. l. 80.  
ogn. lib. 1. Cap.  
perfectionem cuju  
tinatam ratione



*cognovimus, nec spontè eos jurasse reperimus.* Can. 1. *Caus. cit. & hæc dixit sæculo VIII.*

37. Sed etsi tempore *Honorii II.* Clerici testes debuissent jurare *de veritate dicendâ*; non tamen sequebatur, clericos *actores*, vel *reos*, pariter cogendos fuisse ad jurandum *propter calumniam*. Specialitas rationis in eo esse potest, quòd testis *solo suo elogio*, siquidem pertinens sit, alterutri parti noceat, vel profit, atque idè fides ejus meritò petatur *summo jurisjurandi modo* firmari: sed *temeritas* litigandi, & *improbabilitas* causæ, se solis, adversario non nocet, imò in fine litis plùs temerè litiganti, quàm illi.

38. D. Antequàm pergam in argumento, lege *Glossam Bartholomæi Brixienfis* post *Can. 9. XI. q. 1.*, ubi culpat *Gratianum* de falsitate, quoniam dixerat, *Episcopum*, si testis fuerit, *non debere jurare*: & vult probare contrarium ex *Can. 3. II. q. 4.* item ex *Can. 20. III. q. 9.* C. *Brixienfis* malè correxit *Gratianum*: licet enim tò *jurejurando* non reperiatur explicitè in *Nov. 123. Cap. 7.*, non dubitavit tamen *Irnerius* in *Auth. sed judex* apponere: *non tamen juret*: quia *Novella formam*, quâ debeant *Episcopi* testimonium dicere, præscripsit hunc in modum: *judex mittat ad eos quosdam ex personis ministrantium sibi, ut propositis sanctis Evangeliiis, secundum quod decet sacerdotes, dicant, quæ noverint, tacendo, quòd jurent*: formæ autem in jure sunt *strictæ, & præcisæ*, ità, ut argumentum *ab omissis* in iisdem rectissimè procedat: cujus rei ratio est ex definitione formæ: est enim *legis, vel hominis ordinata dispositio certos habens fines*, ut eam definit *Alderisus de symbol. Contract. tit. 1. cap. 1. num. 20.* Arg. l. 4. C. *de jure fise.* in verbis: *certa forma*; & quia *forma ex consummatione contingit*. l. 80. §. 1. ff. ad leg. falcid., idè *Gregor. Tholosan. syntagm. lib. 1. Cap. 11. num. 1.* formam dicit esse *consummationem, & perfectionem* cujusque rei, prout quæque res habet *definitam, & determinatam rationem, vel compositionem, certis rebus, vel partibus absol-*

*vendam.* Quod verò certos fines, atque definitam rationem habet, ei non debet ulterius requisitum addi, sed sufficit impleri ea, quæ scripta sunt; ne dicamus illum, qui formam scripsit, imperfectè, & sine consummatione scripsisse.

39. D. Optimè ratiocinaris de formâ: sed, quid si negarem tibi, quòd *Justinianus in d. Nov. 123.* præscripserit formam, quâ Episcopi attestentur? C. Hoc sic probo: quando Princeps aliquid certo modo gerendum constituit, vel rescribit, tunc forma est: arg. l. 24. ff. ad munic. Cap. 22. de rescript. Cap. 19. de restit. spoliat; sed Justinianus certo modo constituit, qualiter testimonium dicat Episcopus: ergò forma est: Item forma privilegiata est, quotiens aliquid disponitur præter, vel contra formam communem: hæc aliquid disponitur præter, vel contra formam communem, ferendi testimonium: hæc enim vult tactis Evangeliiis jurari: ergò est forma privilegiata. D. Benè: de hæc materiâ doctè cit. *Tbolosan. ibid. num. 4.* per novem regulas, inter quas tua postrema est octava quoad substantiam dicti. Sed redeamus à digressionem ad semitam.

40. Contra est 5. Vel ergò nunquam jurabit Clericus coram iudice laico, vel non jurabit solummodò propter calumniam? C. Spiritus SS. Canonum est, ut nunquam: D. Atqui aliquando debet jurare, ne bonam quoque causam perdat: e. g. si positiones exhibeat, præstabit juramentum dandorum, si ad positiones respondere debeat, juramentum respondendorum: si spoliatus fuerit, & specificatio rerum desideretur, jurabit in litem: si adversarius super exceptione suâ deferat ei juramentum iudiciale, aut jurabit, aut referet, quod ultimum ei periculosum existit, primum favorabile; cum prætet, se iudicem facere, quàm adversarium; si iudex æstimaverit, actori Clerico super exceptione rei aliquatenus probatâ deferendum esse juramentum purgatorium, si eidem semiplenè probanti suppletorium: Item, si Clericus quartam productionem testium velit facere, nonne jurabit de malitiâ? Ergò impossibile est, ut Clericus coram iudice seculari evitet quodli-

bet juramentum  
omnibus istis ca  
morum non jur  
post nostrum ca  
vel observetur n  
Cap. 5. præscrip  
quodcumque juram  
iudiciali legitim  
iudiciali juram  
41. D. Contra  
fiment eorum con  
ne cause. prob. C  
iudicium, multo  
rum, quæ est ca  
am, eò minus lau  
dibus: Paschali II  
statu, nisi necess  
quod utile est eis cr  
Concil. part. 2. pag  
nunt tanquam veru  
quam Patormit an  
in contractibus co  
sist Episcopi, respo  
ad adversario, fa  
manditate, & ne a  
sola liberâ volunt  
mandam Hostien  
dit, ut contr aber  
fit; quia nec Ex  
is judicialibus,  
eque sunt propri

bet juramentum. C. Maneo in meâ responsione, quòd Clericus in omnibus istis casibus, ubi laici jurare solent, de spiritu antiquiorum canonum non juret, sed tantùm per consecrationem suam interrogetur: post nostrum capitulum autem jurare poterunt de licentiâ sui Prælati: vel observetur modus, quem synodus Mechliniensis Sæc. XVI. tit. 17. Cap. 5. præscripsit: Clericus, coram judice laico testimonium dicturus, vel quodcunque juramentum præstiturus ( quod etiam sine nostrâ, vel alterius ecclesiastici legitimi Superioris licentiâ ei non licet ) in manibus personæ ecclesiasticæ juramentum præstet.

41. D. Contra est 6. Clericis non prohibentur juramenta, quæ firment eorum contractus: ergò neque illa, quæ firment opinionem bonæ causæ. prob. C. si non prohibetur Clericis juramentum planè voluntarium, multò minùs prohibebitur eis juramentum de jure necessarium, quale est calumniæ: quò magis enim à voluntate est juramentum, eò minùs laudabile, & quò magis ex necessitate, eò plus licitum, dicente Paschali II. in epist. ad Archiepp. Poloniæ: *jurazione quis non utatur, nisi necessitate; cum videt, pigros esse homines ad credendum, quod utile est eis credere, nisi juratione firmetur.* HARDUIN. Tom. VI. Concil. part. 2. pag. 1769. C. Antecedens DD. communiter supponunt tanquam verum, & solùm laborant de disparitatis ratione dandâ, quam Panormitanus post plerosque tradit his verbis: *si quæris, quare in contractibus coram laico jurare possunt, & non in judicio, sine licentiâ Episcopi, respondet Innocentius; quia in judicio sæpè quis incitatur ab adversario, falsum jurare, & ideò fit cum majori deliberatione, & tarditate, & ne ad secularia judicia assuescant: sed in contractibus, ubi solâ liberâ voluntate quis ducitur, secùs est secundùm eum: fit etiam secundùm Hostiensem, ne impediatur utilitas ecclesiarum, quibus expedit, ut contrabere possint.* Sed, verum ut fatear ingenuè, non satisfi; quia nec Evangelium, nec eanon loquuntur restrictivè de juramentis judicialibus, passim permittendo extrajudicialia: homines ad ea, quæ sunt propriæ electionis plerumque sunt proniores, quàm ad ea, quæ

fibi imperantur ab aliis: unde plus periculi est in juramenti *voluntariis*: cupiditas habendi æquè potest incitare hominem ad pejerandum, vel sine aliquo de juramenti comitibus jurandum, quàm adversarius: etiam expedit ecclesiis, ut præstare possint *solita præstari in judiciis*, sicut *contrahere* eis expedit. Unde ego simpliciter nego antecedens; neque enim video disparitatem solidam, cur Clerici arbitrio relictum esset, potiùs *contractus* firmare juramento, quàm *quasi contractum litis contestationis*, qui pariter est *voluntarius*; cùm nemo cogatur invitus agere. D. Rectè sentis: nam ratio prohibendi Clericis juramenta non fuit *major vel minor tentatio*, nec *major, vel minor præcipitancia*; sed, quia discipuli Christi debent esse *perfecti*, & dicere: *est, est: non, non*, nullâ distinctione factâ, an *contrabant*, an *litigent*: ratio verò, *specialiter* prohibendi eisdem, ne faciant juramenta *in manus laicas*, est *indecentia*, quæ non minùs subest in *contractibus*, quàm in *litibus*. Unde nec in *contractu investituræ feudalis* voluerunt Pontifices, & Concilia jurari laicis à Clericis, quamvis maxima ecclesiarum verteretur utilitas: imò notum est ex historiâ, quòd Papæ, *Gregorius VII.*, & *Paschalis II.*, maluerint insignia feuda ab Episcopis Germaniæ dimitti, quàm Cæsari hominum ab eis jurari. Ad confirmationem horum omnium fit constitutio synodalis Arnaldi, Episcopi Valentini, de anno 1262., ubi describit pericula *ex contractibus*, quos Clerici firmant juramento, & saltem ad annum vetuit, ne sic jurarent: *Quia pro certo invenimus, quòd multi Clerici civitatis & diœcesis Valentini, ordinis honestate, & maturitate depositis, ita se faciles exhibent ad jurandum, quòd, cùm quoscunque contractus obligationis cum quibuscunque personis ineunt, sub religione juramenti frequenter se obligant statutis temporibus soluturos, & postmodum suæ salutis immemores, aliquando ex indigentia, aliquando ex fonte avaritiæ, propositis terminis ipsa debita solvere non procurant: & sic labem perjurii incurventes, juxta statuta canonica beneficiis reddunt ecclesiasticis se indignos: propter quòd aliquando grave scandalum est exortum: volentes hujusmodi vitium, & pravum usum de nostrâ civitate, & diœcesi extirpare, & eis*

dem Clericis tollere materiam delinquendi, *providâ deliberatione statui-*  
*mus, ne usque ad annum continuum, & completum à die præsentis ipso-*  
*rum Clericorum aliqui in quocunque contractu jurare præsumant, sine*  
*nostrâ licentiâ speciali.* HARDUIN. Tom. VIII. Concil. pag. 1989,

42. *Arg. 2.* Duo sunt, quæ restringunt legem *quoad subjectum*,  
 nempè *potestas limitata*, & *potestas limitantis*, ut eleganter dicit *Bal-*  
*du* in hoc capit. ; sed *lex 2. C. b. t.* non fuit restricta *quoad clericos*  
 sive ex *potestate limitata*, sive ex *potestate limitantis*: ergò *quoad Cler-*  
*icos* non est restricta. *Probo minor.* Justiniani potestas *quoad Cler-*  
*icos* non fuit inprimis *limitata*: quia tempore Justiniani Clerici com-  
 prehendebantur adhuc *sub legibus publicis*, sicut hodiernum in Galliâ,  
 etsi lex Clericos non nominaret *expressè*; sed, ne comprehende-  
 rentur, debebant *expressè eximi*. Deinde nec Justinianus ipse voluit  
 legem suam *2dam quoad Clericos limitare*: hoc enim cum Henrico,  
 & Honorio ex eo probasti; quia *Justinianus decrevit, ut canones Pa-*  
*trum vim legum habere oporteat*; sed ex hoc non probatur limitatio le-  
 gis *2dæ*: ergò. *Probo min*: Hâc declaratione suâ non obstante, Justi-  
 nianus legem tulit publicam, ut Clericus juraret in casibus *Authenticæ*  
*Hoc jus porrectum.* Cod. de SS. Eccles., seu *Nov. 120. Cap. 6. §. 1. &*  
*2. Cap. 7. §. 1.* ibi: *jubemus inscribi instrumentum cum jurejurando:*  
*monumenta fieri, & cum jurejurando &c. jurantibus in sacris scriptu-*  
*ris: C.* Non hîc controversant, utrum *Justinianus* sub illâ lege publi-  
 câ, quâ ordinavit juramentum calumniæ generale, *potuerit compre-*  
 hendere Clericos; ne ex unâ quæstione longâ trahamur in longiorem:  
 transeat *pro nunc*, quòd illo tempore Imperatores crediderint, pote-  
 statem suam legislativam non restringi ad solos cives Imperii *seculares*;  
 sicut hoc satis demonstrare videntur tot leges codicis, & novellæ con-  
 stitutiones, quæ de Episcopis, Clericis, Monachis, latæ sunt; dico  
 hîc saltem, quòd Justinianus *ex potestate limitantis* noluerit compre-  
 hendere Clericos; quia nullus legislator præsumitur *alicui certo homi-*  
*num generi præcipere id, quod ei per suas regulas, publicè, & quidem à*

*semet ipso* quoque probatas, non licere novit: *Marciani, & Justiniani* fuit mens eadem de *Clerico non jurante*: postremus enim identicè, sicut *Marcianus* ante eum in *l. 25. §. 2. C. de Episcop.*, constituit in *Nov. 123. Cap. 21. §. 2.* ut *Clericus*, coram *civili* iudice, si *Episcopus* iudicare distulerit, *convenibilis, cautionem sine iurejurando* exponat: cur hoc? nisi, quia scivit, *Clerico* per regulam *Evangelicam, Apostolicam, & canonicam*, non licere passim jurare, & sic *captiosam* futuram fuisse constitutionem omnem, quæ in iudiciis compelleret jurare *Clericos*; cum ex unâ parte jurare non possent, ex alterâ subjacerent *damnis nolentium* jurare. D. Benè notâsti; *Nov. 123. Cap. 21. §. 2.* idem quippè disponit, quod disposuerat *Marcianus*, & procul dubio ex eodem principio. Sed quid ad *Nov. 120.*? C. Sine me totam legere: verum est: *Justinianus* in casu *intente alienationis bonorum immobilium ecclesiæ*, vel *monasterii*, vel *alterius loci pii*, voluit *ordinatores, & æconomos* jurare, etiamsi *Metropolitæ, Episcopi, Abbates* forent, ut colligitur *ex cap. 6. §. 2. versu: sive Metropolitana*. Sed fuerat *casus gravissimus*, quem voluit *Imperator fore rarum, & idè tam difficilem* iurisjurandi prævii *conditionem* apposuit; ne *Rectores, & æconomi ecclesiarum*, utpotè ex instituto regulæ suæ fugere *juramenta iussi*, tam facilè pervenirent *ad prætextum necessitatis*, alienandi bona *immobilia*.

43. D. *Contra est 1.* Sicut cœercendi erant *antistites* religiosarum domuum *ab alienatione* bonorum immobilium; ita quoque *Clerici à temerariis litigiis*: ergò similiter litigaturis erat *injungendum personale* juramentum *calumniæ*. C. Longa disparitas est; nam *alienatio* nihil nocebat *antistiti alienanti*; sed *ecclesiæ*, cujus erant bona: imò alienatio serviebat sæpè cupiditati eorum, & respectibus mundanis: *contra temerarium litigium* nocet in fine *temerè litiganti*: propter quod major fuit *proclivitas ad alienandum cum lucro*, quàm *ad litigandum cum damno*.

44. D. *Contra est 1.* Sicut cœercendi erant *antistites* religiosarum domuum *ab alienatione* bonorum immobilium; ita quoque *Clerici à temerariis litigiis*: ergò similiter litigaturis erat *injungendum personale* juramentum *calumniæ*. C. Longa disparitas est; nam *alienatio* nihil nocebat *antistiti alienanti*; sed *ecclesiæ*, cujus erant bona: imò alienatio serviebat sæpè cupiditati eorum, & respectibus mundanis: *contra temerarium litigium* nocet in fine *temerè litiganti*: propter quod major fuit *proclivitas ad alienandum cum lucro*, quàm *ad litigandum cum damno*.

45. *Contra est 1.* Sicut cœercendi erant *antistites* religiosarum domuum *ab alienatione* bonorum immobilium; ita quoque *Clerici à temerariis litigiis*: ergò similiter litigaturis erat *injungendum personale* juramentum *calumniæ*. C. Longa disparitas est; nam *alienatio* nihil nocebat *antistiti alienanti*; sed *ecclesiæ*, cujus erant bona: imò alienatio serviebat sæpè cupiditati eorum, & respectibus mundanis: *contra temerarium litigium* nocet in fine *temerè litiganti*: propter quod major fuit *proclivitas ad alienandum cum lucro*, quàm *ad litigandum cum damno*.

44. D. *Contra est 2.* Noluisti, pro ratione illorum temporum, pro nunc disputare super potestate limitatâ Imperatoris, & coniecisti causam in potestatem legislatoris limitantis: Atqui Imperator nihil limitavit suâ intentione: quia intellexit omnes personas principales: ergo & Clericos: nec anno 534., quo condidit legem 2. C. b. t., declaraverat ullâ lege, quòd canones Patrum vellet servari pro legibus: posterior autem voluntas non afficit anteriorem, ergo neque servit ad restringendam ejus intentionem. C. Resp. cum Baldo hic: dictio omnes non includit aliunde exemptos, nec specialiter prohibitos: talibus enim nulla generalitas pragmatica præjudicat. Arg. l. 3. C. de silentiar. D. Adde pro roborando hoc Baldi principio ex eodem l. 10. C. fam. erisc. l. 3. & ibi notata C. Sine censu. l. 17. ff. ad SC. Turpill. l. 104. princ. ff. de legat. 1. l. 33. §. 1. ff. de legat. 2. C. Et hæc procedunt, sive legem constitutionis, vel ultimæ voluntatis, aut præcesserit, aut concomitata, aut subsequuta fuerit limitatio. Sic pariter hic nihil refert, an Justinianus antè, vel post, conditam suam legem 2. C. b. t., aut in ipsâ, Clericos à jugo jurisjurandi exemerit: nam pro indagandâ legislatoris intentione Paulus suasit, priores leges ad posteriores trahi, & vice versâ. l. 26. & 28. ff. de LL. D. Non dissimulo, quòd potuisses obmotum meum de non-existente lege anteriore pertinenter reprobare per l. 45. C. de Episc.; hæc enim condita est anno 530., & in eadem positivè dicit Justinianus: sacros autem canones non minùs, quàm leges valere, etiam nostræ volunt leges, sanciens ibidem, obtinere, quæ sacris visa sunt canonibus, perinde, ac si civilibus inscripta essent legibus. Ergo canon ille, antiquitùs, ut ait l. 25. C. eod., à beatissimis Episcopis institutus, quo Clerici jurare prohibentur, sacer fuit Justiniano, tamen non fuisset civilibus inscriptus legibus: quantò igitur potiùs ad eundem reflexisse censendus erit, ex quo per Marcianum inscriptus erat jam jam anno 456.? Veruntamen

45. *Contra est 3.* Illa declaratio Justiniani de canonibus, vim legum habituris, est generalior, quàm lex 2da C. b. t.; ergo, secundum

principia nostra *discurs. prior. Num. 31.*, derogatur ei per legem 2dam: *antecedens* constat: nam hæc propositio: *canones vim legum habebunt*, latius patet, quàm ista: *omnes personæ principales in exordio litis jurabunt de calumniâ*, utpote quæ *specialem* provisionem continet. C. *Distinguo*: nisi jungatur cum suâ *subsumendâ* propositione speciali C. Si jungatur N. Fac istum syllogismum, sicut fecerunt Henricus, & Honorius: *omnes Patrum Canones vim legum habent: non jurare clericos est Canon Patrum: ergò hoc vim legum habet: & mox videbis resultare specialiozem* provisionem de non jurando contra tuam *generalem* de jurando propter calumniam.

46. D. *Argum. 3.* Vel vis eximere Clericos à juramento calumniæ per argumentum à *genere ad speciem*: vel per argumentum à *specie ad speciem*? neutrum subsistit: ergò. C. Per utrumque; nam 1.) sicut Marcianus in sæpè dictâ l. 25. sic intulit: *Clericus per canonem jurare prohibetur: ergò nec cavebit cum jurejurando*: ità licebit mihi inferre: *ergò nec jurabit propter calumniam: quia à quocunque removetur genus, removetur & qualibet ejus species.* Arg. l. 32. C. de transact. *junctâ Gloss.* super verbo: *peremisti.* l. 3. versu: *cùm enim C. de usur. rei judic. l. 1. §. 3. ff. de aleator. 2.)* Sicut Clericus non jurat, dum *cavere* cogitur; ita neque, dum *litigat*: nam in jure nostro argumentum à pari notoriè est unum de fortissimis propter l. 12. & 13. ff. de LL.; quia, ubi est eadem, vel major ratio, ibi debet esse idem jus, & eadem juris dispositio. l. 32. ff. ad Leg. Aquil. l. 108. ff. de V. O. Non tantùm *eadem*, sed *major* ratio est, ne Clericus juret propter *calumniam*, quàm, ne juret propter *securitatem*: quia, cùm contra cavillationes sibi quis prospicere valeat, minus in omissione juramenti calumniæ præjudicium est; sed contra *insufficientiam cautionis* nemo sibi potest prospicere. D. Benè arguis: sed sumamus utrumque separatim.

47. *Contra 1mum est 1.* Istud genericum: *nolite jurare*: Canon dicit, ut Clerici omninò jurare non audeant: Regula S. Benedicti in ordin. *conversor. cap. 5.* statuit: *juramentum aliud nullus proferat, nisi: crede*

nibi; hæc, in  
Cassiofer mor  
unitatis præten  
obedientiam,  
quod Harduin.  
verò frivolum ex  
missâ, quæ extra  
lib. 4. cap. 10  
in pu. Ergò neq  
calumnia. C. Al  
qua summi Pont  
his amplius aliqu  
is resiliencia ab  
nec non proruptio  
juramentum præf  
der, nego, quòd  
nam, teste eodem  
eos jurare: falsum  
niserit ad eos epi  
bent superstitio  
decretalis nihil co  
missâ; sed ad mor  
ris, ut deficientib  
nec possint in qua  
canonicus velit C  
la N. libenter en  
generali de non j  
num species præf  
entim inventa sur

48. D. Con  
quam 1.) per cr



*mibi*; hæc, inquam, in vanum opposuerunt tum *Archi-Episcopi*, tum *Cassinenses* monachi, summo Pontifici, juramentum devotionis, & unitatis prætendenti ab ipsis; nam nihilominus compulsi fuerunt jurare obedientiam, *Paschale II.* confutante Episcopos, *cap. 4. de elect.*, & apud Harduin. *Tom. VI. Concil. part II.* pag. 1768., Innocentio III. verò frivolam excusationem *Cassinensium* rejiciente in epistolâ ad eos missâ, quæ extat in *cap. 26. de jurejur.*, sicut respondet ad *Chron. Cassin.* lib. 4. *cap. 109.* GONZALEZ ad *decretal. Tom. I. pag. 223. num. 29. in fin.* Ergò neque juvabit Clericos, ad se subtrahendum juramento calumniæ. C. *Ad anteced.* Quod affers de *Archi-Episcopis*, verum est: quia summi Pontifices tum temporis censuerunt, se esse in casu, ab illis amplius aliquid exigendi, quàm, *est, est*, propter malum frequentis resilienciæ ab Ecclesiæ unitate, & à Sedis Apostolicæ obedientiâ, nec non prorruptionis multorum contra canonum statuta, etiam post sacramentum præstitum præsumptæ. Quoad *Cassinenses* autem monachos, nego, quòd excusatio eorum, tanquam frivola, fuerit rejecta; nam, teste eodem Chronico loc. cit., Successor *Honorii II.* non coëgit eos jurare: falsum ingerit Gonzalez, scribendo, quòd *Innocentius III.* miserit ad eos epistolam, quæ est *Cap. 26. de jurejur.*, post quam cefaverit superstitioni, & prætextus averfandi obedientiæ jugi; nam illa decretalis nihil continet de hæc *Cassinensium* causâ, nec fuit ad istos missâ; sed ad monachos *Castellionis* in dicecesi *Viridunensi*, indulgendo eis, ut deficientibus aliis testibus, pro indemnitate sui monasterii jurare possint in qualitate testium. *Ad Consequens* distinguo: si legislator canonicus velit Clericos quoque de calumniâ jurare C. Antequam velit N. libenter enim concedo, quòd tanta vis non infit illi præcepto generali *de non jurando*, ut legislator nequeat *particulares* juramentorum *species* præscribere, si obviandum fuerit alicui malo; propter hoc enim inventa sunt, & permiffa juramenta.

48. D. *Contra est 2.* Clericis non sunt alia juramenta prohibita, quàm 1.) *per creaturas*: can. 9. XXII. q. 1., & 2.) *incauta sacramen-*

ta. can. 2. II. q. 5. Quæ verò tres comites habent, veritatem, iudicium, & iustitiam, licent. *Can. 2. XXII. q. 2.* Et hoc non tantum probat *Gratianus* ex *S. Augustino*, relato in *can. 2. 3. 4. 5. 6. & 14. XXII. q. 1.*, sed etiam *Innocentius III.* in *cap. 26. de iurejur.*, ubi ait: *licet iuramentum prohibuisse Dominus videatur; nusquam tamen per Creatorem, sed per creaturam, jurare prohibuit: ergò non adest generalis iuramentorum prohibitio quoad Clericos: consequenter per se cadit tuum argumentum à genere ad speciem; cum genus hoc sit non-ens.* *Confirm.* Inspectis omnibus autoritatibus, tam sacræ Scripturæ, quàm SS. Canonum, nihil aliud sequitur, quàm Clericos *abstinere debere à iuramento calumniæ*, consequenter etiam à litigio, tunc, cum malam causam recognoscunt se fovere, non aliàs: vel ergò malâ fide litigatum eunt, & absterrendi sunt mediante iuramento calumniæ; vel bonâ fide, & nec præcepto Domini, nec regulis ecclesiasticis, vetantur jurare. *C. Negro*, clericis non esse alia iuramenta prohibita, quàm quæ facerent per creaturas: quamvis enim *Innocentius* in cit. *Cap. 26.* hoc ita velit explicare, post *S. Hieronymum* relat. in *can. 7. & 8. XXII. q. 1.*; tamen *S. Thomas 2.2. quæst. 89. art. 2.* censet, istam responsionem non sufficere; quia *Jacobus* addidit: *neque aliud quodcumque iuramentum.* Iuramenta incauta quidem prohibentur, aut non, relinquitur iudicio privato clerici aestimare, sitne suum, quod præstare cogitat, iuramentum cautum, nec ne, sed debet adire suum Superiorem pro consilio salutari; ne fortè innitens prudentiæ suæ, ac philantiæ, incautè, & sine tribus comitibus, juret, néve jurando ad facilitatem jurandi perveniat, & ex facilitate jurandi ad consuetudinem, & ex consuetudine ad perjurium, ut loquitur *S. Aug. lib. de mendac. cap. 15. circa med.* Quare duo hic subtiliter sunt distinguenda præcepta, alterum Domini, alterum Ecclesiæ: Domini præceptum commune est Clericis, & laicis, nec absolutè prohibet jurare, sed incautè, ac leviter, absque magnâ necessitate, in ore habendo iurationem, tanquam magnum, aut suave aliquid, cum cupiditate, aut delectatione jurandi: quoniam verò commune hoc præceptum singulari religiositatis ratione ad Clericos, aliàsque personas, perfectionem profitentes majorem, per-

nebat, sic can  
injungit non jur  
aliquando venire  
nis frequentarere  
perire, ipso eni  
opus. Ad cons  
mentâ male caus  
sequantur summa  
pæ non vetet jur

49. D. Contra  
regulæ Clerico, qu  
præceptum Domini  
sibi nolebant SS.  
jurandum per con  
S. AUGUSTINUS de  
ad me pertinet, juv  
pulsus; cum vider  
voluit, non expedi  
bratione liberatâ,  
Deus, aut scit Ch  
is est, quia ampli  
i malo est non  
pis anno 850.  
en penitus prob  
ber, quàm regul  
tandi potestas,  
cuique Clerico in  
anta præsumpti  
rum iudicio relic  
nâs, qui perm  
pote quod aut

tinebat, sic *canon Patrum antiquus* Clericis *ultra præceptum Christi* injungit *non jurare penitus*: cum autem istud præceptum ecclesiasticum aliquando venire poterat relaxandum, ut juraret Clericus; ne hoc nimis frequentaretur, *Honorius* adjecit cautelam *de consulendo desuper Superiore*, ipso etiam *summo Pontifice*, in casu, quo vellet jurare Episcopus. *Ad confirm.* Non solum Clerici *pejere* non debent *cum conscientia male causæ*, sed etiam *non jurare cum opinione bonæ causæ*, ut sequantur summam perfectionem præceptum Domini, licet hoc eis propriè non vetet jurare in ultimo isto casu; sed tantum *regulæ ecclesiasticæ*.

49. D. *Contra est 3.)* Ergò *amplius aliquid* vetabant ecclesiasticæ regulæ Clerico, quàm ipse Dominus. C. Concedo, & hoc idè, ut præceptum Domini *tantò exactius* servaretur à *primariis ejus discipulis*: idè nolebant SS. *Canones*, & *leges*, ut vel tentaretur Clericus ad jurandum per compulsionem legalem. D. Atqui hoc non: *probo*: S. AUGUSTINUS de semetipso dicit in *Can. 14. XXII. q. 1. Quantum ad me pertinet, juro, sed quantum mihi videtur, magnam necessitate compulsus; cum videro, non mihi credi, nisi faciam; Et ei, qui mihi non credit, non expedire, quod non credit: hæc perpensam ratione, Et consideratione libratam, cum magno timore dico: coram Deo, aut testis est Deus, aut scit Christus, sic esse in animo meo; Et video, quia plus est, id est, quia amplius est, quàm, est, est, non, non: sed, quod amplius est, à malo est non credentis*: id ipsum quoque permisit Episcopis anno 850. *Synodus Regia Ticina can. 4.*: ergò Clericis non erat penitus prohibitum jurare: ergò *regula canonica* nihil aliud volebat, quàm *regula Christi*. C. Episcopis tunc major relicta erat arbitrandi potestas, & librandi, *utrum existat casus licitæ jurationis*, quàm cuique Clerico inferiori, pro cujus sanctitate, & prudentiâ non stabat tanta præsumptio: idè *de talibus Clericis* non legi canonem, qui ipso-  
rum *judicio* reliquisset *jurationis æstimandam necessitatem*; multò minus, qui permisisset, eos *per statutum generale* adigi ad jurandum, utpote quod ansam præberet infestis hominibus, diffamandi *Ordinem*

clericalem de perjuriis: valdè enim frequens est, ut dicant, partem sibi adversam pejerasse, propter quam maledicentiam viri graves ventur etiam vera jurare. D. Nec ego legi *de quibuscunque Clericis*, sicut *de Episcopis*: debet ergò gravissima ratio movisse *Honorium* nostrum, ut ipsis etiam Episcopis adimeret arbitrium librandi necessitatem, sibi istud reservando soli, & consequenter hisduriorem faciendam viam jurandi, quàm sit inferioris ordinis Clericorum. Sed

50. *Contra est 4.* Clerici possunt ab aliis exigere juramentum calumniæ: *Arg. can. 15. XXII. q. 1.*: ergò etiam possunt alii à Clericis, propter illud: *quod quisque juris in alterum statuit, ipse debet uti eo*, & mox sequens principium sapientis: *patere legem, quam tu ipse tuleris*. Cap. 6. de const. *Confirmatur. 1.* Exigi potest ab his istud juramentum, qui *calvere*, & *vexare* possunt alterum in judicio; sed etiam Clerici calvere, & vexare possunt. *Confirmatur 2.* In *diffidente*, & *exigente* juramentum est malum, non in jurante. *Can. 14. XXII. q. 1.* ergò si in Clerico toleratur *malum diffidentiae*, poterit eò magis ei imperari *bonum*, quod medeatur illi malo, nempe juramentum. *Confirmatur 3.* cogendus est Clericus ad id, quod exigit necessitas; sed necessitas exigit juramentum calumniæ, quoties pars adversa laborat malo diffidentiae, ne vexetur à Clerico litigante: ergò. Et evolve *can. 6. XXII. q. 5.* ibi: *juratio necessaria est: infirmitate jurare cogeris*. C. ad argum. N. C. exactiones enim debent fieri *juxta statum*, & regulam cujusque: adductum principium non servit *non-exempto* contra *exemptum*, aut *specialiter prohibitum*: ad hæc Clericus non statuit hocce jus, ut juretur propter calumniam, sed *ipsa lex*, cujus beneficio utitur, dum exigit: *Ad Confirm. 1.* N. Major. sed, à quibus *lex propter metum calumniæ id exigi permisit*: in Clericis autem non est metus calumniæ, propter quem eos lege constringi oportuisset; cum *jura constitui oporteat in his, quæ ut plurimum accidunt, non quæ ex inopinato* l. 3. ff. de LL.; *Ex his, quæ fortè uno aliquo casu accidere possunt, jura non constituuntur; sed ad ea potius debet aptari jus, quæ & frequen-*

1. & facile, q  
alvere Clerici,  
erat totus Ordo c  
nie. D. Siccina  
Hoc non dico, te  
putando, causam  
si fundata, alia  
more autem, ip  
de elect; quia h  
noquam sibi infest  
6.: equidem m  
Clericos, interdum  
fieri, eidem deferra  
Clericis opinionem  
pro vitiligatorib  
quod hæc necessit  
e subveniendum j  
proale, & quide  
monem onere jura  
nois frequentanda  
Clericis, jam non  
ae; sed pro omni  
re: non est aute  
licorisse, ut ejus

51. D. Contra  
videlicet à prohib  
nie, quoad aut  
lib Marciano cele  
pri jubebantur f  
bitura esset Alex  
tham, aut fid

ter, & facile, quàm, quæ perrarò, eveniunt. l. 4. 5. 6. ff eod. Possunt calvere Clerici, & esto, interdum unus alterve cavillet; propterea non erat totus Ordo clericalis trahendus in formulam jurisjurandi, calumniæ. D. Siccine omnis causâ Clericorum præsumitur esse bona? C. Hoc non dico, sed dico, præsumi, omnem Clericum *fide bonâ litigare*, putando, causam suam esse bonam. *Ad Confirm. 2.* Diffidentia alia est *fundata*, alia non: hoc posteriore casu ipsa est *malum infirmitatis*; priore autem, ipsa non est malum, sed oritur à *malo moris*; Arg. *cap. 4. de elect*; quia hominibus mundanis parùm fidere debere Clericos, tanquam sibi infestis, oppidò antiquitas docuit. *Cap. 3. de immunit. in 6.*: equidem malo diffidentia, quam concipiunt sæpè laici contra Clericos, interdum suadet, servatis servandis, mederi *charitas*; sed nimium foret, eidem deferre *per legem*: hoc enim confortaret eorum pravam de Clericis opinionem, quasi verò absque temeritate haberent Clericos pro vitiligatoribus: ex quo patet responsio *ad Confirm. 3.*, nempè, quòd hæc necessitas *in quovis casu particulari* librari debeat, an sit ei subveniendum juramento, nec ne; quin propterea statuatur *aliquod generale*, & quidem *coactivum*. Magis necesse est, Clerum esse immunem onere juramentorum, quàm infirmitatem proximi juvari per toties frequentanda juramenta: &, si *lex 2. C. b. t.* deberet servari à Clericis, jam non referret, an pars, Clerico adversa, sit infirma, nec ne; sed *pro omni casu* formularium istud juramentum præstari oporteret: non est autem credendum, ipsum legislatorem tantâ infirmitate laborâsse, ut ejus incredulitati subvenire debuerit Clerus jurando.

51. D. *Contra secundum est*; Argumentum tuum à *specie ad speciem*, videlicet à prohibita *exactione cautionis juratæ* ad juramentum *calumniæ*, quoad *antecedens* annihilavit ipsummet Concilium *Chalcedonense*, sub *Marciano* celebratum; nam in hoc *act. 15. can. 30.* Episcopi *Ægypti* jubebantur super futurâ subscriptione Concilii, quàm primùm habitura esset *Alexandrinæ civitatis* tunc viduata Ecclesia novum Patriarcham, aut *fidejussores dare*, aut *jusjurandum præstare*: HARDUIN.

Tom. II. Concil. pag. 614. Ergò Episcopi poterant in defectum fidejussorum adstringi ad *cautionem juratoriam*. C. Exceptio est à regulà: subscriptio enim illa pertinuit ad *fidem rectam*, super quâ Episcopi, & Clerici jurant, *Can. 1. II. q. 5. Can. 4. dist. 100.*

52. D. *Contra est 2.* Non licet argumentari *affirmativè* à quibusdam speciebus juramentorum, ad quæ *compelluntur* Episcopi, Clerici, & monachi, ad *quascunque species* alias juramentorum: ergò neque *negativè* ab aliquâ specie, ad quam non sunt compellendi, e. g. à *cautione juratoriâ* ad juramentum *calumnie*. C. N. C. Quia *affirmativa* argumentatio procederet *ab exceptione contra regulam*: econtra *negativa* ab *uno exemplo regulæ* ad *aliud exemplum regulæ*.

53. D. *Contra est 3.* Ipse *Honorius II.* ante conditam hanc decretalem à *volentibus*, & *postulantibus* Episcopis, *Aretino*, & *Senensi*, recepit juramentum *calumnie*: *Discurs. prior. Num. 16. & infra 3.*: ergò ipsummet tunc non movit exemplum legis 25. C. de Episcopis: *prohibitos enim jurare Pontifex*, nequidem *volentes*, & *postulantes*, debuisset admittere ad jurandum; nam *S. Jacobus*, dum ait: *ante omnia fratres mei nolite jurare*, non prohibet *simpliciter juramentum*, sed *voluntatem jurandi*; & ideò dixit, notanter: *nolite*; quoniam ad jurandum non debet quemquam *spontanea voluntas* inducere, sed *necessitas* trahere *importuna*, & tunc potest sine culpâ jurare. *S. Raymundus in Summâ lib. 1. tit. 9. §. 1. C.* Ideò quoque dixit *Honorius*: *non sumentes exemplum, seu formam à nobis*: quod enim Princeps *sine exemplo*, aut *contra exemplum*, in aliquo casu *singulari* probat, illud in consequentiam non trahitur. §. 6. *Inst. de F. N. G. & C. D.* Atqui sumi ex hoc *Honorii* factò potest exemplum, nempè, *ut quilibet Episcopus jurare possit de calumniâ, approbante Domino Papâ, si velit, & postulet*; dùmne compellatur! C. Hoc sensu admitto, sed, quoniam Episcopi, quibus illa historia innotuit, putarent fortè, quòd *Aretinus*, & *Senensis* ab *Honorio* jussi fuissent de calumnia jurare, hinc eis significavit,

ficavit, quòd in hòc annuerit eorum voluntati, & postulationi. D. Nondum solvisti difficultatem, quam movi ex eo, quòd malè se obtulerint juramento illi Episcopi, & quidem cum instantiâ postulationis; cùm nemo eis imposuerit necessitatem jurandi! C. Erant quidem sine præcepto judicis, aut legis necessitate, sed non extra circumstantias, quodammodò necessitantes: alter enim Episcoporum istorum contra alterum non tantùm susceperat diffidentiam magnam de injustitiis, sed etiam armatas diffidationes: unde quilibet contendit, suam bonam fidem juramento firmare.

54. D. Contra est 4. Exemplum Marciani non retraxit legislatorem Canonicum, quòd minùs plura alia sacramenta imponeret Clero: ergò neque retrahere debuisset ab imponendâ necessitate præstandi juramenti calumniæ. Anteced. probò. Non obstante illo exemplo, ponit Bartholomæus de S. Concordio in Summâ Pisanâ verbo: jurare num. 8. septem casus, in quibus etiam sacerdos potest, & debet jurare. 1.) Pro fide supra num. 51. 2.) Pro reversione à schismate, pro fidelitate, obedientiâ, & unitate. Can. 9. I. q. 7. Cap. 4. de elect. Cap. 4. de jurejur. Cap. 10. de major. & obed. 3.) Pro pace can. 1. XXII. q. 1. 4.) Pro indemnitate ecclesiæ cap. 26. in fin. de jurejur. 5.) Pro testimonio. Can. 3. §. 37. IV. q. 3. cap. 39. de testib. 6.) Pro absolutione ab excommunicatione, & aliis censuris. Cit. cap. 10. de major. & obed. cap. 52. & 58. de sent. excom. 7.) Pro ostendendâ innocentia per purgationem canonicam. Can. 5. 13. 16. II. q. 5. imò 8.) Pro extorsione veritatis in judicio inquisitionis. Cap. 17. de accusat. Quidni ergò quoque 9.) Pro cœercendâ calumniâ Cap. 5. b. t. ? Supradictos casus ferè exprimit sancta regula S. P. Francisci pro Tertiariis Cap. 12. à juramentis autem solemnibus omnes abstineant, nisi, necessitate cogente, in casibus, per indulgentiam Apostolicæ Sedis exceptis, videlicet pro pace, fide, calumniâ, & testimonio perhibendo, ac etiam in contractu emptionis venditionis, & donationis, si sibi videbitur expedire. C. Ne admisceas jura posteriora nostro capitulo: fateor enim, post Honorium

crevisse quoad Clericos & Laicos juramentorum multitudinem. Revoca in mentem dicta supra Num. 31. Addo, quod dicit *Clemens III.* in Cap. 15. de sent. excom. *Cautio juratoria, quam bodie, qui excommunicati sunt, præstant, potius ad cautelam ex consuetudine Ecclesiæ, quam rigore canonum, est inducta.* Ex toto autem argumento nihil aliud sequitur, quam legitimum Superiorem posse, lege latâ, ab illo: *nolite jurare, in certis causis recedere, & necessitatem jurandi generalem imponere Clericis, qui tamen jurando non transgrediuntur illud præceptum; quia pro illius observantiâ sufficit, non amare juramenta, vel appetere.* Cur autem non duxerit, recedendum esse à regulâ propter calumnias *Honorius*, causas jam dixi: singulorum disparitates dare, nimis longum accideret: illud certè docuit experientia hætenùs, *minus omnibus aliis juramentis utile, ac necessarium esse juramentum calumniæ; aded, ut ejusdem exactio ipsis iudicibus reddita fuerit odiosa.* Vid. *Van-Espen jur. Eccles. Univ. part. 3. tit. 7. Cap. 4. Num. 4. 5. 6. 7.*

## §. IV.

*Disputatur super altero membro casûs brevis.*

55. D. Satis de *principali* membro *casûs brevis*: pauca adhuc movebo de *secundo*, videlicet, *licere Clerico delegare hoc officium alteri*: sic autem dico: Nihil hic specialis prærogativæ cernitur *pro Clericis*; nam *quibuscunque* etiam *laicis*, permissum est præstare juramentum calumniæ per suum procuratorem. *Cap. 3. b. t. in 6., & generaliter de jure civili* juramenta possunt præstari per alios. *l. 17. §. 3. ff. de jurejur. l. 13. §. 13. ff. de damn. infect.* C. Nego, quibuscunque licuisse *tempore Honorii* præstare juramentum calumniæ *per delegatum*; hoc enim expressè erat contra *l. 2. §. 3. & 5. & Auth. Principales §. 2. 3. 4. C. b. t.* Quare illud recentius est, quod decrevit postea *Bonifacius VIII.*, morem sui ævi secutus. Leges, quas ex *ff. allegas*, nullatenùs probant, *ullum* juramentum præstari potuisse *per alium*, licet speciali mandato suffultum: nam *prior lex* solummodò dicit, quòd procurator ge-



neralis, aut qui speciale mandatum ostendit, possit alicui deferre juramentum conventionale: nihil de hoc, quod procurator pro suo principali possit illud *præstare*. Similiter lex posterior non voluit, ut is, qui alieno nomine postulat caveri de damno infecto, juret in animam alterius; imò in suam jurabit, eum, cujus nomine cautum postulat, id non calumniæ causâ id fuisse postulaturum. Deinde etiam post cap. 3. b. t. in 6, arbitrabitur ex circumstantiis judex, an non hic & nunc, rejectâ delegatione, ipsa persona principalis, si fuerit secularis, cogenda sit, ut personaliter, & corporaliter juret, præsertim ad instantiam partis: quoniam sæpè contingit, hominum conscientias percelli solemnitate, & præstatione personali juramenti, non autem delegatione. Econtra Clericum, vel Monachum, judex nunquam ad hoc potest compellere.

56. D. Contra est. Etiam Clericus, in suâ privatâ causâ litigans, si nolit per se ipsum jurare, dabit procuratori suo mandatum speciale, videlicet jurandi in animam suam. Cap. fin. h. t. in 6., & sic in effectu ipse jurat, secundum Panormitanum; atque tantummodò ad vitandum errorem in plebe in hoc dispensatur, ne propriâ manu tangat Evangelia; quod ad puram ceremoniam redit, ne sit Clerici juramentum corporale, sed merè verbale. Si verò causa non tam ipsius Clerici sit, quàm beneficii, seu ecclesiæ, tunc quidem Clericus ipse non jurat, sed Syndicus ecclesiæ; hoc ipso jure utuntur quælibet Corpora secularia: ergò quoad immunitatem ab hoc jurejurando Clericus vel nihil, vel admodum parum, prærogativæ habet præ homine laico. C. Nego, quod tempore Honorii fuerit alternativa obligatio, aut personaliter jurandi, aut dandi mandatum speciale, jurandi in animam Clerici. Vide supra Num. 55. Quid postea constitutum fuerit, non est hujus loci, utpote in quo præcisè disquirimus, ad quid teneretur Clericus in vim hujus Capituli? PANORMITANO sentienti, quod immunitas hæc clericalis, seu prærogativa præ laicis tantum in eo constitisset, ne tangerent Evangelia, accedere non possum, propter verba: Clericus

omnino jurare non audeat: à juramento calumniæ præstando sit immunis: minimè jurare audeat: neque enim dicit textus: Clericus juret, sed non cogatur tangere Evangelia: neque etiam: Clericus non cogatur determinatè personaliter jurare, sed vel personaliter, vel per mandatarium, qui de speciali mandato juret in animam ejus. Quapropter omnes istæ explanationes debentur inutili veterum studio, capitula hujus tituli posteriora conciliandi cum præfenti: nos autem reperimus hoc Capitulum, tanquam si posteriora Capitula non essent in mundo, ut rectum sensum, qualis tempore Honorii intelligebatur, assequamur. Altera pars argumenti pariter non subsistit; nam de jure civili & canonico ante conditum cap. 6. b. t. non liberabatur universitas sæcularis à præstatione hujus juramenti per hoc, quòd ipsa ageret per Syndicum. l. 2. §. 5. C. & cap. 3. b. t. Ecclesia verò liberabatur, quia gaudet jure Clericorum: necullo ex textu ostendi potest, quòd Syndicus saltem Ecclesiæ teneretur propter calumniam jurare tempore Honorii.

§. V.

*Recensetur, quæ subsequenter acciderint contra observantiam hujus Capituli.*

57. D. Non admurmurare tantùm tibi debeo, doctissime Domine Candidate, sed etiam applaudere responsionibus datis: cur autem noluisti excipere ullum argumentum à posterioribus Capitulis hujus tituli? C. Ideò, quia nolo conciliare, quæ concilianda non sunt: sed potius tecum gemere fata Cleri, non multò post, pertracti, dicam, anruentis, in obligationem juramentorum? Immunitas illa, tot vigiliis Patrum vindicata hætenùs usque ad sæculum XII, tandem succubuit spiritui legum mundanarum, in forum Canonicum gliscenti sub Lucio III. eodem adhuc sæculo, circa an. 1181. D. Mali Clerici dederunt per spiritum mundi ansam spiritui mundanæ hujus legis: ait enim Lucius III.: novis morbis nova convenit antidota præparare. Cap. 5.

h. t. Rescripsit autem hoc in Angliam Episcopo Heliensi, & archidiacono Natuicensi: aliis verbis in aliâ causâ rescripserat idem Pontifex Archi-Episcopo Cantuariensi: *contra diversa experimenta morborum varia nos convenit medicamina invenire.* Appendix Concilii Lateran. III. part. 23. cap. 6. *Compilatio 1ma Cap. fin. b. t.*, injunxitque Clericis, ut præstarent juramentum calumniæ cum clausulis: *appellatione remotâ, & consuetudine, quæ legi contraria est, non obstante.*

58. C. Resuscitas nostram disputationem: ex his enim postremis verbis sic arguo: Consuetudo, per quam Clerici Anglicani usque illuc non solebant jurare de calumniâ, dicitur hîc esse *contraria legi*; certè non *Canonica*: ergò *civili*, nempè *l. 2. C. b. t.*: ergò sub hac Clerici comprehendebantur: ergò frustra se defendebant *lege Marciani*, tanquam quæ *pro ipsis* sit: aliàs non fuisset consuetudo legi contraria: ergò legum periti illi, qui *sub Henrico, & Honorio* volebant Clericos trahere in necessitatem hujus *legis Justinianæ* rectè senserant secundùm *Lucium III.* D. Per *legem* intelligit *Lucius suum istud decretale mandatum*, quo *legem Justiniani extendit de novo ad Clericos*; non verò *legem istam secundùm se*; quia consuetudo non jurandi erat *juxtâ leges, & canones.*

59. C. Sed, nunquid jam *Eugenius III.* in *Cap. 2. b. t.* antè *Lucium III.* restrinxerat clericalem immunitatem ad solas *causas Clericorum*; & *laicorum spirituales*: ibi: *in his casibus, in quibus de ecclesiis, decimis, & rebus spiritualibus tantùm, agitur, Romana Ecclesia juramentum calumniæ nec dare, nec recipere consuevit*: ergò jam tempore *Eugenii III.* Clerici erant sub jugo legis illius mundanæ, quando *objectum litis non erat aliquid spirituale.* D. Non, mi chare; quia, si fontem legimus, tam ex *appendice Concilii Lateran. III.*, quàm ex *MStâ Compilatione 1mâ*, conspiciuntur hæc verba: *canones autem juramentum Calumniæ nulli prorsùs indicunt*: nota benè: *nulli prorsùs*: ergò neque his, qui propter rem temporalem litigant, Clericis: C. Verba in *Raymundinâ*, sive *sextâ* compilatione non sonant sic, sed re-

strictio conspicitur: *in hujusmodi causis*. D. S. Raymundus hæc verba fonti apposuit, pro more suo, ne stylo sui temporis discordaret: Colligis ergò, quòd post *Lucium III.* distinctio facta fuerit inter causas *temporales*, & *spirituales*: in illis præstabatur juramentum calumniæ, non autem in his. C Sed hæc ipsa, *ad solas causas spirituales* restricta immunitas non duravit propter *Cap. 1. §. fin. b. t. in. 6.* D. BONIFACIUS VIII., videns, *etiam in spiritualibus causis* frequenter calumniari, ut via præcluderetur calumniis, approbavit praxin plerorumque, conjungentium *duo simul juramenta*, nimirum, tam *de veritate dicendâ*, quàm *de calumniâ*.

60. C. Attamen *Eugenius III.* in *cap. 3. b. t.* profitetur de se ipso, quòd exigat juramentum calumniæ in pertractandis causis, aut per principales personas, aut per indultos eisdem æconomos, semper tamen *in animam ipsiusmet jurantis*, id est, si juret æconomus, in hujus animam, si *principalis persona*, pariter quoque in istius animam: loquitur autem in casu, quo Abbatissa litem habebat cum Abbate: ergò jam *Eugenius III.* recessit ab immunitate *Cap. 1. mi b. t.* D. Iterum hic debemus recurrere ad fontem textûs: dicit *Eugenius*: *in pertractandis causis sacramentum de calumniâ non passim præcipimus exhiberi, sed, cum fieri facimus* (hæc verba omisit *Raymundus*, sunt tamen in *compilatione 1. m. a.*, vel, ut accuratiùs in *Appendice Concilii Lateranensis: cum fieri sinimus*) *causæ, & principalium personarum qualitate inspectâ diligenter, quandoque per ipsas principales personas, quandoque per æconomos sibi indultos, illud præcipimus præstari*. Non loquitur hic Pontifex de *constitutione aliquâ generali*, quâ præceperit in judiciis suis exhiberi juramentum calumniæ à personis ecclesiasticis, etiam *sub obligatione tantum alternativâ*, aut per se ipsas, aut per æconomos: sed de *suo decreto approbante*: quoties enim pars parti offert, aut defert in iudicio juramentum, iudex interponit suum *decretum sinens*, sive *approbans*: hinc dixit *Eugenius*: *cum fieri sinimus*: non sivit autem *passim*, per modum *necessariæ formalitatis*, sed priùs diligenter inspec-

causæ qualitate  
a per semet ipsas  
ad normam Cap  
sione voluissent  
quæmet person  
hoc semper cum  
propter hoc in  
sed tantum suâ pr  
min prudens iude  
esse juramentum  
Cap. 1. per modum  
ecclesiasticæ estimave  
ni. 2.) jurandum

61. C. Nonne  
monachis Cisterciens  
juramentum de cal  
ne eorum immunit  
obvenit? Et quare  
legit, & ecclesiastic  
suum, vel turbatio  
tant: en apertam  
hæcitas, & ad re  
i bonis istis religi  
calumniæ, sicut ab  
nateria à causâ  
zuz constituitur,  
non res postulaver  
genius III. abso  
contenderit Cap  
illud disposuit.

62. C. Sed

tâ cause qualitate: deinde non semper compulit personas ecclesiasticas, ut per semet ipsas jurarent, verum indulgit eis *delegationem œconomorum*, ad normam *Capit. 1. b. t.* Sed nec sivit semper illas jurare, tamen si spontè voluissent: interdum noluit per œconomos jurari, verum per ipsasmet personas principales: quidquid autem mandaret *Eugenius*, hoc semper *cum diligenti discretione, & causâ cognitâ*, mandavit; nec sustulit propter hoc immunitatem, ab *Henrico, & Honorio* concessam; sed tantum suâ praxi ostendit, non prævalere sic illam immunitatem, quin prudens iudex aliquando ab ipsamet principali personâ exquirere possit juramentum calumniæ. Unde hoc *Cap. 3.* servare poterit pro *Cap. 1.* per modum exceptionis: nempe *nisi in aliquo casu speciali iudex ecclesiasticus æstimaverit hæc duo, videlicet 1.) jurandum esse de calumniâ. 2.) jurandum esse per ipsammet personam principalem.*

61. C. Nónne verò idem *Eugenius III.* in *Cap. 4. b. t.* præcepit *monachis Cisterciensibus*, ut loco suâ constituant œconomum, qui valeat juramentum de calumniâ exhibere? D. Nónne expressè adhuc salvavit eorum immunitatem ponendo: *ad quod faciendum eos cogere non debemus?* Et quare? inspice fontem: quia *Imperatorum secularium leges, & ecclesiasticæ Patrum Constitutiones, viris religiosi nullam molestiam, vel turbationem, quæ sacro ordini contradicat, irrogari permittunt*: en apertam provocationem ad leges, & canones, in *Cap. 1. b. t.* laudatos, & ad regulam *S. Benedicti*. Quoniam verò *causidici Gallie* à bonis istis religiosi absolutâ importunitate exigebant juramentum calumniæ, sicut ab aliis laicis, timendumque fuit, ne, recusato eo, monasteria à causâ suâ deciderent, sic *Eugenius* ordinavit, ut œconomus constituatur, qui juret, & hunc ipsum noluit semper jurare, sed, *cum res postulaverit, cum necesse fuerit*. Cognoscis ergò, quòd *Eugenius III.* absolutè adhuc, quantum in ipso erat, erectum servare contenderit *Cap. 1. b. t.*, primusque fuerit *Lucius III.*, qui contra illud disposuit.

62. C. Sed nunquid *Innocentius III.* egregiè promovit necessita-

tem juramenti calumniæ; fecit enim in *Cap. 6. b. t.*, ut videtur, *motu proprio*, per *formalitatē processūs civilis*, lite coram se contestatā præstari juramentum à procuratoribus, tum Ravennatenfis Archi-Ep., tum Communis Faventini. D. Non promovit, sed *tractus est* in hanc formalitatem ex stylo sui temporis, quo iudicibus etiam *ecclesiasticis* nimis placuerunt *leges Justinianæ*, cum dispendio *simplicitatis canonicæ*, quæ antea negligebat *legum districtiōnem*. *Cap. 2. h. t.* Ostium, sicut dixi, aperuit *Lucius III. in Cap. 5. b. t.*, quo semel patente, adhuc reputabatur magnum Cleri privilegium esse, quod liceret hanc formalitatem implere *per Syndicum*.

63. C. Quid autem fecit demùm nepos Innocentii III., *Gregorius IX.*, dum in *Cap. fin. b. t.* planè quoad *Episcopos*, & consequenter à fortiori quoad *omnes, eo apice inferiores*, fecit hanc distinctionem: *si litiget per se, jurabit quoque de calumniâ per se: si litiget per Syndicum, vel actorem, iste præstabit hoc juramentum.* D. *Gregorius IX.* usus est verbo: *videtur*, per quod innuit, se ratiocinari ex *Cap. 1. h. t.*, ejusdemque verbis: *aliis idoneis defensoribus*: necesse enim videtur, ut is, qui delegatur ad præstandum calumniæ juramentum, sit delegantis *defensor*: sequitur, quod, si *Episcopus* defensore non utatur, sed per se ipsum agat, non liceat ei, hoc officium per delegationem à suo humero amoliri. Hæc expositio nobis quidem non arrisit suprâ Num. 56. ; attamen retinenda est; quia ita scripta est. *Arg. l. 12. princ. ff. qui, & à quibus manumiss.* Unde resultavit regula: *Clericus, per semet ipsum litigans, jurabit personaliter de calumniâ, etiamsi foret Episcopus.* Imò verò, propter *Cap. 5. b. t.* adhuc supererat difficultas, an *Clericus Episcopo inferior* non teneatur *per se ipsum* jurare, etiamsi litigaret per mandatarium?

64. C. Sed, quorsum venit illa moderatio nostri *Cap. 1. inconsulto summo Pontifice, inconsulto Prælato suo?* D. GLOSSA in hæc verba dicit, post *Cap. ult. b. t.* obligans tunc *Episcopum personaliter jurare,*

et, si litiget p  
a rectè sentit,  
teneatur primo  
sum. Vid. in d  
modò non est  
si necessitas sub  
corporaliter nihil  
horor plebis pro  
interpretet jam  
obstat. Null  
si consulant suos  
Clericis, prius  
am laicorum.

61. C. Ergò a  
ind nostrum Cap  
nam nunc quoad b  
gitur S. Rayman  
um tempore vari  
tum, & multùm  
quanto studio effu  
nie: moralitas e  
et, tametsi varie  
preest syndicum l  
prius hoc delega  
ipse litiget, & pe  
catis, & patrimo  
parandi in anima  
moderatum est C  
sanaliter juret, l  
45. & 54. 4.) R  
relucatione vel

rare, si litiget per se ipsum, necesse amplius non esse, requirere Papam; & rectè sentit, quia tunc compellitur: de Clerico autem censet, quòd teneatur primò requirere *Episcopum* suum, rectiùs dixisset *Prælatum* suum. *Vid. in disc. prior. Num. 51.*, quia faciliùs adiri potest. Verùm, modò non est amplius quæstio de *facili*, vel *difficili*; postquam juris necessitas subjugavit Clerum adinstar laicorum, & Clericos jurare corporaliter nihil rari, & insoliti est, multò minùs scandalum, vel horror plebis propter frequentiam, sicut olim erat *sub Honorio*. Hinc interpretes jam sæculo XIV. unanimiter scripserunt: *istud hodie non observatur*. Nullus tamen dubito, quin adhuc hodie *Regulares personæ* consulant suos Prælatos, antequam jurent. Qui timoratiores sunt *de Clericis*, priùs consulunt, loco Prælati, Confessarium, more piorum laicorum.

65. C. Ergò antiquatum est, pridémque inutile, & exsufflatum istud nostrum Capitulum, super quo tantùm sudavimus! Factus est enim nunc *quoad hanc formalitatem*, sacerdos, sicut populus: ut quid igitur *S. Raymundus* illud retulit in compilationem 6tam; cùm suo jam tempore variâisset hæc disciplina? D. Non est penitùs antiquatum, & multùm adhuc utile: 1.) Ut moneantur omnes Clerici, quanto studio effugere debeant quævis juramenta, præsertim corporalia: *moralitas* enim alicujus *canonis*, sive *idem spiritus*, semper manet, tametsi varietur *dispositio*. Proindèque 2.) Clericus, quotiens potest syndicum habere ratione ecclesiæ, dignitatis, vel beneficii sui, potiùs hoc delegato, qui juret *in animam propriam*, utatur; quàm ut ipse litiget, & per se juret. 3.) Litigans Clericus in *causâ suâ privatâ*, & *patrimoniali*, constituat procuratorem *cum mandato speciali* jurandi in animam suam, juxta facultatem *Cap. 3. b. t. in 6.*, per quod moderatum est *Cap. 5. b. t.*; hoc enim magis decet, quàm ut ipse *personaliter* juret, licet *quoad conscientiam* idem sit: *discurs. prior. Num. 45. & 54.* 4.) Recurrat ad suum Episcopum, si fortè judex arbitrariâ interlocutione vellet eum, absque manifestâ causâ, privare beneficio

Cap. 3. b. t. in 6. 5.) Nunquam, etiam si lis ei foret, tanquam actori, in causâ *patrimoniali*, coram iudice *laico*, resolvat se, ut ei *personaliter* juret; hanc enim potestatem arbitrandi Cap. 3. b. t. solis iudicibus *ecclesiasticis* dedit, ut possint *quandoque* ipsas personas principales adstringere, rejectis procuratoribus: neque Cap. 5. & ult. b. t. derogârunt Cap. 1. b. t., in quantum hoc repressit iudices *seculares*. Et siquidem Clericorum aliquis vellet se ad hoc *sponste* resolvere, quod propter praxin communem *ipforummet laicorum* facilè posset evitare, credo, & teneo, peccaturum adhuc hodie *Episcopum*, nisi petat licentiam à *summo Pontifice*, & Clericum, nisi à *suo Prælato*; quia *sine necessitate*, per *Superiores approbatâ*, violaret *antiquissimos Canones*, & renunciaret *legum imperialium privilegiis*, nusquam sublatis. Ex quibus perspicies, in quibus adhucdum stet erectum Cap. 1. b. t. dummodò Clerici ipsi nolint propriâ facilitate idipsum pessumdare.

§. VI.

*Colliguntur notanda bona grana ex hoc textu.*

66. D. Messis collecta est: nunc, exemplo Glossæ, & Repetentium, ad *spicilegia*. Quænam ex hoc Capitulo notas? C. Legamus notata Glossæ post *casum longum*.

- 1.) Quælibet Ecclesia suum habere debet defensorem ad agendum, & defendendum, qui juret de calumniâ.
- 2.) Gravioræ quæstiones per Romanum Pontificem debent terminari. *Vid. Discurs. prior. Num. 26.*
- 3.) Canones vim legum obtinent. *Ibid, Num. 36.*

D. Hoc procedit de antiquis canonibus, qui passim in Ecclesiâ vigeant; novienim Canones vim legis Imperii, vel Regni alicujus, ut habeant, requiritur, hoc regis legis publicarum inferri; aliâs duntaxat vim legis Ecclesiasticæ habebunt: imò libertas Gallicana nequidem taliter sinit valere novos canones disciplinares (aliud est de purè dogmaticis) nisi registrentur.

Nullo Clerico  
centi sui Prælati  
D. Quælibet  
67. C. Quic  
punitis Clerico  
gere: quædam  
Qual primam not  
Clerici, secund  
debant.  
Secundum Ho  
si Episcopus \* j  
Clericus, vel M  
Quidam ceteros di  
marche subiectis  
si hoc voluisset Ho  
ne, sed potuisset b  
entiam sui imme  
at Metropolitanum  
Novalli putaver  
corum quo litiga  
Prælati suos, qu  
hæc affirmare, an  
puit, viene; si et  
sua ecclesia.  
Et hoc vel ma  
egio fori juratu  
Consentiant pler  
tati, imò propte  
Hoc regalem in E  
clam horum Principa  
se humiliatura. De  
cuius iuris, jurent.  
Limitatio extranea,  
Clericus habet anteq  
hæc, de Buxis hic r



4.) Nullus Clericus *taliter*, id est, de calumniâ, jurare debet, sine licentiâ sui Prælati. *Vid. disc. prior. Num. 52.*

D. *Qualiter istud hodie obtineat, vid. hic Num. 63. & 64.*

67. C. Quid notant cæteri Doctores? D. Notant quædam de *juramentis Clericorum in genere*: quædam de *juramento calumniæ in genere*: quædam verò *parerga*, id est, *extra materiam juramenti. Quoad primum notant*

- 1.) Clerici, secundum nonnullos Patrum Canones, omninò jurare non audebant.
- 2.) Secundum *Honorium*, saltem non absque licentiâ summi Pontificis, si *Episcopus* \* jurare velit; nec sine licentiâ *proprii Prælati*, \*\* si *Clericus*, vel *Monachus*.

\* *Quidam veteres dixerunt, hoc intelligi de Episcopis exemptis, & Sedi Apostolica immediatè subjectis; cæteris enim sufficere licentiâ Archiepiscopi. Sed malè; quia, si hoc voluisset Honorius, non opus ei fuisset, de Episcopo singulare reservatum facere, sed potuisset brevius ponere, ut quisvis de clevo juraturus ante omnia obtineat licentiâ sui immediati Prælati; tunc enim ipse ordo hierarchicus direxisset Episcopum ad Metropolitanum.*

\*\* *Nonnulli putaverunt, nomine sui Prælati intelligi Superiorem ecclesiasticum illum, coram quo litigat Clericus; sed malè; nam talis non est semper Clerico litiganti Prælati suus, quamvis sit pro eâ vice judex suus. Et proprii cujusque Prælati interest asstimare, an sinat honor sui cleri, & Ecclesiæ, ut aliquis de subditis suis juret, necne; si enim pejorare videretur, non ipsi solùm hoc probro foret, sed etiam sua ecclesia.*

3.) Et hoc vel maximè necessarium est, si Clericus, gaudens privilegio fori juratum eat coram *judice seculari*. LAYMANN *hic, dico 3.* Consentunt plerique DD., quia in hoc non sunt Clerici *specificè* licentiati, imò *propter specialiozem indecentiam specialiter prohibiti* \*

\* *Hanc regulam in Episcopis Germaniæ usu abrogatam esse, non ausim asseverare; cum horum Principalis Celsitudo, sociata dignitati Ecclesiastica, nunquam se in tantum sit humiliatura. De Communi Clericorum dolendum; quòd, si agant, coram iudicibus laicis, jurent. Quid servetur, si producantur in testes, vid. supra num. 35.*

Limitatio extranea, id est, ex aliis capitulis petita: In quibus juramenti speciebus Clericus habet *authoritatem* ab ipso jure, potest jurare, non *expectatâ aliâ licentiâ*.  
Ant. de Butrio *hic num. 28.*

- 4.) Universim Episcopi, & Presbyteri *facili de causâ* jurare non debent; sed, si *major aliqua necessitas* postulet. *Idem ex S. Thomâ 2. 2. quæst. 89. art. 10. & Cap. 4. II. q. 5.*
- 5.) Speciale est in *personis ecclesiasticis*, quòd jurent de calumnia per procuratorem, *etiam sine speciali mandato ad jurandum*: secus est in laicis. *Durandus in speculo de juram. calumn. §. 3. Vid. in discurs. prior. Num. 45.*

68. Quoad secundum notant

- 1.) Juramentum calumniæ præstandum est *in primo litis exordio*, id est, immediatè post litem contestatam. *Abbas antiquus. \**

\* *Hoc de rigore antiquo; nam praxis subsequens induxit & tacitam omissionem. Cap. 1. §. 1. h. t. in 6., & dilationem hujus juramenti in quamlibet litis partem. ibid. prin.*

- 2.) Præstandum quoque est in causâ criminali. *Vid. discurs. pr. Num. 46.*
- 3.) De rigore primævi juris ipsæ personæ principales, & non aliæ, illud præstabunt. *Vid. ibid. Num. 45.*

*Et hoc remittitur Cap. 3. 6. h. t. Cap. 3. eod. in 6.*

- 4.) Juramentum calumniæ non potest specialiter committi, nisi & causæ prosecutio committatur. *Durandus in speculo de jur. calumn. §. 3. Arg. b. Cap. in verbo: defensoribus.*

69. Quoad tertium notant

- 1.) Omnes DD., sicut notavit *Glossa*, suprâ notato 2. Addit *Ant. de Butrio* hîc num. 3. *maximè, quando materia tangit Clericos.*
- 2.) *Gravis dicitur causa* propter intricacionem opinionum. *Idem num. 3.*
- 3.) Lex civilis disponens *in materiâ canonicâ* recipit declarationem legis canonicæ. *Idem num. 8.*
- 4.) In dubiis legum, si reperiatur interpretatio *Imperatoris* ad illam, *ex quo justa*, recurrendum est *in subsidium* ad Papam. *Idem num. 10.*  
Addit ibidem Butrio: *Et sic, quod dicitur, ad Papam spectare determinationes sur-*

genti ex dubiis  
quomodo autem est r  
ci: in hâc lex e  
illâ, quatenus d  
Domino Papa: i  
jurisdictionis  
1.) In constituto  
Butrio Num.  
candò verba ca  
2.) Constitutio,  
eo certo loquit  
certum, imò  
3.) Duplex est l  
prehenditur ca  
Hinc observatur  
nes leges, aut  
naturâ, hanc a  
plicari, in qui  
70. Denique  
1.) *Glossa* sup  
defuerunt  
2.) Lex etiam o  
ne jurent. In  
Hic vult probare  
sa eleganter dicit  
id est, Dominus  
dicere, hinc ve  
ti nentiam  
solummodo seq  
contra vim leg  
3.) Appellatio  
Butrio Num.  
Hic propositio r  
suo. Vid. D  
Et sic punct  
le sum. Trin.

gantes ex dubiis legum, est verum, nisi alia appareat determinatio legum, ad quam antea est recurrendum. Tu retine distinctionem materia indifferentis à canonicâ: in hâc lex civilis suscipit reformationem, & moderationem summi Pontificis: in illâ, quatenus de translatione ejus in forum canonicum agitur, idem permittitur Domino Papa; sed ejus reformatio, & moderatio tunc non operabitur ultrâ fines jurisdictionis ecclesiasticæ.

5.) In constitutionibus plus ponderanda intentio, quàm verba. Idem Butrio Num. 12. Exemplificavi discurs. prior. Num. 41., explicando verba canonis: *Clerici omninò jurare non audent.*

6.) Constitutio, quæ quoad verba dirigitur ad locum certum, & de loco certo loquitur, si materia est communis, non restringitur ad locum certum, imò generalis intelligitur. Idem num. 9.

7.) Duplex est lex, divina, & humana, & appellatione divinæ comprehenditur canonica. Interpretes hîc passim. Vid. disc. pr. num. 40. Hanc observationem hîc plerique veteres faciunt, indigitantes Can. 1. dist. 1. ubi: omnes leges, aut divinæ sunt, aut humanæ; quoniam verò statim sequitur: divinæ naturâ, humanæ moribus, constant, non potest ista Canonis imi divisio huc applicari, ut qui ibet studiosè meditans comprehendet.

70. Denique observabo quoque

FALSA NOTATA

1.) *Glossæ* suprâ Num. 66. notat. 1., quod propterea communiter deseruerunt interpretes.

2.) Lex etiam civilis videtur posse prohibere Clericis, & fortius laicis, ne jurent. *Immola* hîc.

Hoc vult probare ex l. 112. §. 4. ff. de legat. 1. l. 6. §. 4. ff. de jur. patron., ubi *Glossa* eleganter dixerit, quòd lex in materiâ juramenti videtur habere vim Apostolici, id est, Domini Papa. Subjungit tamen, *Hostiensis* in Cap. 25. de Jurejur. videri dicere, hoc verum esse, quando lex est approbata per canonem. Sed ex his adductis nentiquam probatur, quòd lex civilis possit prohibere Clericis, ne jurent: cum solummodo sequatur, etiam per Clericos testamento, vel aliâs, exacta juramenta contra vim legum, & auctoritatem juris non ligare eos, à quibus illa exigent Clerici.

3.) Appellatione Clericorum non comprehenduntur Monachi. *Ant. de Butrio* Num. 13.

Hæc propositio reprobat per Panormitanum, & Laymannum hîc ex ipso textu nostro. Vid. *Discurs. prior. Num. 47.*

Et sic punctum sit, cum clausulâ *Joachimi* abbatis in Cap. 2. in fin. de sum. Trin.

PAREGA.  
EX JURE GENTIUM.  
TEXTUS.

**P**roculi sententia, *permutationem* propriam esse speciem *contractus*, à venditione separatam, *meritò prævaluit*. §. 2. Inst. de empt.

**CRISIS.** I. *Imò, non meritò: sed est phantasma, aurum, argentum, æs, per signaturam publicam purè fieri pretium, ac mercis rationem amittere;*

II. *Proinde emptio-venditio naturaliter permutatio consensualis est;*

III. *Et separatam emptionis-venditionis nomen est quid in commercio superfluum.*

EX JURE CANONICO.

AD TIT. I. LIB. Decretal.

I. *Qui pergit amare, non resilit à sponsalibus; resilit, qui aversionem pertinacem sentit à sponsa: censuræ amantem non faciunt ex non-amante;*

II. *Hinc, seposito rigore Cap. 10. h. t., procedetur contra resilientem, licet jurasset sponsalia, ad normam Cap. 17. eod.*

III. *Nec condemnari potest resiliens ad pœnam conventionalem, nec ad interesse aliud, quàm extrinsecum, e. g. impensas nuptiarum frustratas. Huic thesi favent non solum veteres Canonistæ communiter, sed etiam præjudicia S. Nuntiaturæ Colon., & Curie Romanæ.*

IV. *Æstimare id, quod interest, ex facultatibus resilientis, vel utriusque, praxis est, theoriæ parùm conformis.*

AD TIT. II.

- I. *Infans, contrahens sponsalia, habet contra se tantum præsumptionem Canonis, & Legis, non impotentiam contrahendi.*
- II. *Ast, major infante, impubes habet de jure quidem Canonico præsumptionem contra se; de jure autem Civili impotentiam contrahendi.*

AD TIT. III.

- I. *Matrimonia clandestina primitus in Ecclesiâ irrita, per conniventiam mediæ ævi valida, quamvis illicita, rectè, non à solo Tridentino, sed sæcularium quoque Statuum decretis, iterum irrita fiebant.*
- II. *Decreto Tridentini Sess. 24. de reform. matrim. Cap. I. conformius est, matrimonia contracta coram parochò surrepto, nec nomine Dei, & Ecclesiæ contrahentes conjungente, irrita esse, tam in ratione contractus, quàm in ratione Sacramenti.*

AD TIT. IV.

- I. *Polygamia non est jure naturali, sed tantum divino positivo universali, prohibita;*
- II. *Quin Papa super eadem dispensare possit, aut ullus unquam verè dispensaverit.*

AD TIT. V.

*Sponsalia contracta sub conditione quâvis turpi sunt nulla, sed non matrimonium.*

AD TIT. VI.

*Clericus in sacris constitutus, vel Monachus professus, si ducat de facto uxorem, fit quidem irregularis, sed non bigamus, nisi ductam ἀπαρθῶν carnaliter cognoverit.*

## CASUS CANONICUS.

*Pyra terrea, die Grund-Bieren, hoc ævo magnâ copia plantantur per Germaniam, in uno loco citius, in alio serius plantari consueta: Alii dant eorum decimas: alii adhuc renituntur dare. R. An hi se possint consuetudine loci, & vicinæ, aut præscriptione tueri? R. Negativè, etiamsi probarent, quod jam per 80. annos in considerabili copiâ plantarentur.*

## EX JURE CIVILI.

## AD TIT. XXI, LIB. II, CODICIS.

*Non obstante L. 2. C. h. t. actio doli potest institui, licet daretur mandati, vel quod metûs.*

## AD TIT. XXII.

*L. 3. C. h. t. de solâ venditione, quam facit minor pûbes curatorem habens, sine eo, non loquitur, ut Facius putavit.*

## AD TIT. XXIII.

*Non tantùm tuto per actionem, sed etiam tuto per exceptionem, restitutio in integrum denegabitur. Arg. L. 2. h. t.*

## AD TIT. XXIV.

*Absonè ad LL. h. t. cantant, qui docent, minore in integrum restituto, accessoriam fidejussoris obligationem, quæ nihilo minus manet, adhærere remanenti obligationi naturali minoris restituti.*

## AD TIT. XXV.

*I. Arg. l. 3. & 5. h. t. Ecclesia, instar minoris, electione gaudet, velîtne agere contra malè alienantem res ejus, an contra*

recipiente  
electionem  
II. Has duas leg  
conciliat  
rium, &  
III. Si ex neglig  
est in ejus  
aut contra

indistinctim refir  
res sit div

Filia in pactis  
ntrimonii ren  
nato matrimon  
um summam  
mortuo patre fi  
nentum legitim

EX

I. Perfectam su  
soliis M  
pietia nu  
II. Hoc enim in e  
Deus est,  
III. Feliciter gube  
quirit pra  
mania, au  
in Gallia.  
N. Unde fragile

recipientem; nec perimitur alterutra actio per unius electionem.

- II. *Has duas leges cum l. 23. §. Sin autem ff. de minor. non conciliat vulgata distinctio inter administratorem voluntarium, & necessarium.*
- III. *Si ex negligentia Curatoris minor fuerit instantia lapsus, non est in ejus electione, aut restitutionem in integrum petere, aut contra negligentem agere.*

AD Tit. XXVI.

*Indistinctim restitutio minoris non prodest consorti majori, siue res sit dividua, siue sit individua.*

CASUS CIVILIS.

*Filia in pactis nuptialibus appromisit, se post consummationem matrimonii renuntiaturam esse omnibus bonis paternis: consummato matrimonio non renuntiat: pater testamento reliquit ei certam summam jure institutionis, sed legitimam minorem. Q. An mortuo patre filia, non servans promissa, agere possit ad complementum legitimæ? R. Affirm.*

EX JURE S.R.I. PUBLICO.

- I. *Perfectam subditorum resignationem in voluntatem unius solius Monarchæ Imperatoris majores nostri magnam sapientiam nunquam admisserunt.*
- II. *Hoc enim in eâ duntaxat Republicâ locum habet, cujus Rex Deus est, cui soli tutò per omnia confidi potest.*
- III. *Feliciter gubernatur regnum, in quo Monarchæ lex aut requirit prævium consensum Statuum regni, sicut in Germaniâ, aut saltem registrationem Parliamentorum, sicut in Galliâ.*
- IV. *Unde fragile est illud argumentum: Deus regit monarchicè:*

ergò regimen monarchicum hominis in homines est omnium regiminum perfectissimum, & optimum.

EX JURE FEUDALI.

- I. *Aliud est feudum castri, aliud feudum castrense.*
- II. *Castro cum hominibus, & terris appertinentibus, in feudum concessio, aliquando abdicatur à concedente superioritas, aliquando non.*

EX JURE CRIMINALI.

*Penes Ecclesiam quàm talem stat imperium merum, non tantum symbolicè, sed etiam verè, licet non secundum principalem gradum.*

EX JURE TREVIRENSI.

*Sicut filius familias major 18. annis, etiam absque consensu patris, super quibuscunque bonis adventitiis testari potest, tit. 1. Landrechts §. 3.; ita minor 18. annis nequidem de consensu patris de illis testari potest.*

HISTORICUM.

*Longè adhuc absimus, ut ex historia electionis Conradi II. cognomento salici, apud Wipponem coævum, ab Exim. P. Hartzhemio Tom. IV. Concil. Germ. pag. 66. ostensum crediderimus, EVIDENTER FALSAM esse TOT SCRIPTORUM opinionem, qui ante nostrum Sæc. XVIII. TURMATIM asseruerunt, à GREGORIO V. Pont. Rom. & OTTONE III. Augusto, STATUTUM FUISSE, quòd deinceps Reges Germaniæ à tribus Archi-Episcopis, & quatuor Principibus laicis Electoribus, creandi essent.*

I. O. G. D.



ONICUS.  
 oc aro magna copia plarum  
 rius, in alio ferius plarum  
 alii aduc reuinitur bar  
 , & uicinia, aut predicti  
 robarem, quòs iam per so  
 tar.

VIII.  
 II. Codicis.  
 ate? iustitui, licet dareu

XII.  
 mu facit minor pu les cura  
 quatur, ut Pacius putat.

XIII.  
 etiam tuto per exceptio  
 denegabitur. Avg. L. 2. d. 1

XIV.  
 ent, minore in integrum re  
 oris obligationem, que nã  
 remanenti obligationi nã

XXV.  
 tar minoris, electione gub  
 enancem res ejus, au cura

